MAGYAR PROTESTÁNS EGYHÁZTÖRTÉNETI ADATTÁR

SZERKESZTI:

ZSINKA FERENC.

XI. ÉVFOLYAM.

E FÜZETET TAGJUTALÉK GYANÁNT MINDEN TAGTÁRSUNKNAK MEGKÜLDÖTTÜK. KÖVETNI FOGJA EZT EBBEN AZ ÉVBEN FOLYTATÓLAGOSAN HÁROM FÜZET. A KÖVETKEZŐ FÜZETEKET CSAK AZOKHOZ JUTTATJUK EL, AKIK BEFIZETETT TAGDIJUKON FÖLÜL A MELLÉKELT CSEKKLAPON 1 (EGY) PENGŐT A TÁRSULAT PÉNZTÁRÁBA BEKÜLDENEK. NEM TAGOK 4 (NÉGY) PENGŐÉRT RENDELHETIK MEG A NÉGY FÜZETET. CSEREPÉLDÁNYT, TEKINTETTEL A ZÁRT MEGJELENÉSI PÉLDÁNYSZÁMRA, NEM ADHATUNK.

BUDAPEST
KIADJA A MAGYAR PROTESTÁNS IRODALMI TÁRSASÁG.
1927.

Tizenötévi szünetelés után újra megjelenik

a Magyar Protestáns Egyháztörténeti Adattár

tizenegyedik évfolyama.

Elfelejteni olyan másfélévtizednyi időt, amely a magyar történelem korszakai között a legszomorúbb, semmiképpen nem lehet. És ha a cimlap mégsem vet ügyet az elfolyt évekre, hanem zavartalanul hirdeti, hogy a XI. évfolyam következik, e mögött a bejelentés mögött a magyar protestantizmus vágyainak határozottságát, helyesnek fölismert céljai szilárd szolgálatát, tudományos törekvéseinek folytonosságát kell észrevennünk. Nem teszünk szemrehányást az elveszett tizenöt esztendőért, hanem folytatjuk a munkát. Nem is volna kit vádolnunk. Az a Magyar Protestáns Irodalmi Társulat, amely küzködő zárószámadásainak szikkadt rubrikáit aggodalmaskodón nézegetve az Adattár-at megszüntette, tartozik és követel rovataival, járadék vagyonával együtt a visszahozhatatlan multé. A most élő Társaság alapítványoktól megfosztottan, teljesen az apostoli viszonyok módjára tagjaiban él. Küzködve, de reménykedve is.

Nem hirdet a XI. évfolyam új kötelességet, csak a régi folytatását. Egyháztörténetünk forrásanyaga szegényes, kötelességünk gazdagítani a történeti igazság megközelítésének sok áldozatot megérő célja érdekében. Azzal a tennivágyással és felelősséggel, amellyel az első kötet útjára indult, bocsátjuk ki ezt a füzetet.

Terveink most sem lépik túl a megelőző kötetek terjedelmét, de semmit nem nyújtani tovább már nem viselhető el, amikor a hiányokat oly ijesztően látjuk. Elszánt támogatók nélkül azonban minden hasonló vállalkozás nehézséggel küzködik. Remélhetjük-e maecenasok felbukkanását? Reméljük és várjuk is. Nem a pénz hatalmasaira, hanem a szellem és a lélek gazdagaira gondolunk. Kicsiny, de rendszeres adományokra, makacs és öntudatos adakozók hangtalan szavú tényeire. Kérjük őket, hogy segítsenek bennünket becses egyház- és kulturtörténelmi forrásanyag közzé tételéhez.

A MAGYAR PROTESTÁNS
IRODALMI TÁRSASÁG.

1.

1525. jul. 6. Zürich.

Jud Leo levele Bullinger Henrik svájci reformátor társához. Bullinger Propheta magyarázatát nagy gyönyörüséggel és lelki haszonnal olvasta. Dicséri ritka inventióját, éles eszét, szabatosságát. Buzditja, hogy a Prophetát ne csupán titkon néhány barátjával, hanem az egész világgal közölje, mivel a zsidók a prophetát L á t ó -nak nevezték; de ki lát sötétségben? Kivánatos tehát, hogy a Látót napvilágra hozza. Mert amint neki mindig visszatetszett egyes irók vakmerősége, akik zavaros könyvekkel elárasztják a világot, mikkel az egyszerü keresztyének lelkét ugy maguknál tartják, hogy szivüket a szent iratoktól elidegenitik, éppugy nagyon helyesli azok fáradozását, akik csak arra igyekeznek, hogy a hű sziveket az emberek magyarázatairól az Isten lelkének kinyilatkoztatására iranyitsák. Amire, ha az összes keresztyének törekedtek volna, nem támadt volna köztük oly sok vita, szakadás; nem estek volna az Antikrisztus rabságába.

1.

1525. jul. 6. Zürich.

Iud Leo levele Bullinger Henrik svájczi reformátor társához. Bullinger Propheta magyarázatát sok gyönyörűséggel olvasta. Buzdítja, hogy ne csak néhány barátja, hanem az egész világ számára tegye hozzáférhetővé kiadása által. Nem tetszik neki, hogy némely fordítók szentírás fordításából hiányzik a szív, e műnek éppen az az erőssége. Ha a keresztyének a szivet keresték volna, nem estek volna bele az Antikrisztus szolgaságába. A keresztyénség nagy hasznát fogja látni, ha Bullinger könyve elterjed.

Heinrycho Bullingero optimae spei adolescenti, fratri dilecto, Leo Iud Gratiam et pacem a Domino per Christum. Quantum ex Propheta tuo volu[p]tatis, imo quantum fructus coepimus, Heinryche suavissime, silentio praeter-[ire] duximus, ne vel in faciem laudare, vel palpo percutere videamur. Itaque non laudamus solum, sed miramur potius inventionem tuam raram. Iudicium [tuum] acre, pulcherrimamque dispositionem. Hic vivunt omnia, omnia constant et quadra[nt] clara et perspicua sunt omnia. Quare te oro atque obtestor, ut hunc [expo]litissimum prophetam, non clam privatis quibusdam amicis duntaxat, sed to[ti] orbi communices. Quandoquidem propheta Videntes Ebrais sunt appellati quis vero in tenebris videt? Videntem [ergo] luci exponas velim. Nam ut mihi semper displicuit quorundam scribentium audacia, qui confusissimis libellulis totum orbem replent, quibusque simplicium Christianorum animos sic capiunt, ut cor a Scripturis Sacris abducant. Ita mihi horum non potest non proba[ri] labor, qui huc duntaxat spectant, ut fideles animos ab hominum

commentary[is] ad divini spiritus oracula rursus inducant Cuj rei, si studuissent hactenu[s] Christiani omnes, non essent inter eos tot hypocrises, tot contentiones, haeres[i] audeo dicere, nunquam in tam diram Antichristi servitutem incidissent. Proinde cum videam prophetam tuum in hoc totum esse, ut populus Dei creatoris Redemptoris, Salvatoris sui solitis verbis haereat persuasissimum habeo. Christianae Reipublicae ingentem fructum oboriturum, si industria tua revisus ac expolitus, ac typis excusus, in publicum exeat. Coelestis Pater, qui in te semina vera pietatis jecit, ipse ad copiosam messem, fructumque centesimum promoveat, quo Tibi coeterisque perpetuo prodesse possit. Vale et benefacere perge. Ex Tiguro pridie Nonas Iulias. Anno ab orbe redempto MDXXV.

Leo Iud Tuus.

Iud (Iudae) Leo svájczi reformátornak (1482—1542) Bullingerhez irott emez eredeti latin nyelvü levelét, ívrét alakú papiros egyik lapjára irva, a sárospataki ref. főiskolai könyvtár *B. 285.* jelzetű, ívrét alakú kötetének (Loci communes D. Petri Martyris Vermilii, Florentini sacrarum literarum in Schola Tigurina Professoris. Tiguri. 1580.) utótáblája elől fejtettem ki 1910. julius 7-én. Vagy a könyvkötő, vagy a könyv egykori tulajdonosa ragaszthatta be Iud levelét az utótábla elé.

A levél jobb széle kissé rongált s ez az oka annak, hogy egyes szótagok, vagy betük némely sor végéről hiányzanak.

Sárospataki főiskolai könyvtár — kéziratok 9. sz.

2.

1525. körül.

Melanchthon levele Melchior nevü licentiatushoz.

Melanchthon Melchiort a svevus diákok beiktatása alkalmából tartandó vacsorára hívja

S. D. Doctiss. d. Licentiate. Rogo vos propter patriae caritate n, ut vesperi ad coenam veniatis, ad initiandos scholasticos, natos in sueuis, qui adhuc plurimum habent antiqui candoris.

Bene valete . philippus Melanthon.

A téglányalakú papiros második oldalán:

Eximio d[omino] Licentiato Melchiori.

Melanchthon e levélkéjét ugyanabból a *B. 285.* jelzetű ívrét alakú kötetből az utótábla elől, fejtettem ki, melyben a Iud Leo levelét megtaláltam. Egymás mellett vo'tak. Lehet, hogy a könyvkötő gondos kezei mentették meg az utókor számára. Valószínűbb azonban, hogy a könyv egykori tulajdonosa ragasztotta be őket az utótábla elé.

Sárospataki főiskolai könyvtár — Kéziratok. 1093. sz.

Közli: *Harsányi István.*

3.

1526. junius 10. Buda.

II. Lajos király Móré Fülöp pécsi püspöknek megparancsolja, hogy a püspökség nemrég elhalt egyik kanonokjának hagyatékát, amely a felséget illeti — gondosan lajstromozva adja át emberének, aki az egész hagyatékot a végvárak fizetésére fogja fordítani. A püspököt teszi felelőssé, ha vonakodása miatt a végházak fizetetlensége következtében a határon valami baj esik.

Ludovicus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Reverende in Christo pater fidelis nobis dilecte, Quamuis his proximis diebus commiseramus vobis hic coram, ut jure mediante revideretis, quemnam bona illius canonici vestri nuper vita defuncti, qui olim familiaris Illustris condam Laurency ducis fuerat, concernerent, Quia tamen res illas tales esse intelligimus, que non pertinuerint ad condicionem canonicalem, et que neminem alium, quam maiestatem nostram concernere possint, volumus, et fidelitati vestre harum serie firmissime committimus et mandamus, aliud nullo pacto habere volens: quatenus universas pecunias res et bona prefati canonici viri vita defuncti, fideliter sub registro ad manus huius hominis nostri presencium ostensoris integre et absqve ullo defectu dare debeatis et teneamini, qui eas omnes daturus et soluturus est certis confinia nostra tenentibus, quibus, in rebus illis propter presentem nostram necessitatem deputacionem fecimus. Nullam igitur in hac re difficultatem facere presumatis, nam si bona illa ad manus ipsius hominis nostri non dederitis, et solucio officialium finitimorum negligetur ac confinys aliquid periculi contigerit, nemini hoc periculum, quam vobis imputabimus, Aliud igitur ne feceritis. Datum Bude die dominico proximo post octavas corporis Christi, Anno eiusdem Millesimo Quingentesimo vigesimo sexto. Ludovicus rex manu propria.

Kívül: Reverendo in Christo patri domino Philippo More, episcopo ecclesie Quinqueecclesiensis etc. fideli nobis dilecto.

Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

Az itt közölt oklevelek az alájuk irt felvilágosítások szerint a Magyar Nemzeti Múzeum levéltárának törzsanyagából valók. A reformáció koárnak történetére vonatkozó ezidőszerint legteljesebb forrásgyüjteményben a Szent István Társulat által gondozott „Egyháztörténelmi emlékek a magyarországi hitujítás korából" c. kiadványban nem találhatók. Egyrészük a kiadvány megjelenése óta került a múzeumba, más részük pedig ott volt már előbb is. Ez utóbbi tény megállapításával kapcsolatban egyebek között magától támad az az észrevételünk, hogy a hitujítás korának forrásanyagához a kép teljessége érdekében az Egyháztörténelmi Emlékek öt kötete után is bőségesen akad hozzátenni való.

4.

1526. december 12. Esztergom.

János király ünnepélyes igéretet tesz Erdődy Simon zágrábi püspöknek és választott egri püspöknek, hogy mihelyt Werbőczy István a jelenlegi kanczellár előbbi nádori méltóságát, melytől vetélytársai megfosztották viss-anyeri, a titkos pecsétet és a kanczellári méltóságot őreá ruházza.

Nos Johannes dei gracia rex Hungarie, Dalmacie et Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis: quod nos debitum (ut decet) habentes respectum: ad preclaram fidem et fidelium obsequiorum gratissima ac cumulatissima merita fideli nostri Reverendissimi in Christo patris domini Simonis Episcopi ecclesie Zagrabiensis et electi E[piscopi] Agriensis: quibus ipse non solum Maiestati nostre: verum etiam universo regno nostro gratum et acceptum irreprehensibiliter sese prebere studuit: Eundem igitur tanquam personam idoneam et benemeritam hoc maiestatis nostre donario ex certe nostra sciencia et regie potestatis nostre plenitudine duximus honorandum ut postquam et quumprimum fidelis noster spectabilis et magnificus Stephanus de Werbeucz prius regni huius nostri Ungarie palatinus, nunc vero cancellarius noster regius, qui quidem officio palatinatus per factiones et conspirationes quorundam emulorum suorum: diebus superioribus spoliatus fuerat, in idem officium palatinatus fuerit restitutus, mox et incontinenti eidem domino episcopo Zagrabiensis et nemini alteri: Secretum sigillum nostrum (quo ut rex Ungarie utimur) et officium cancellariatus nostri, simulcum omni iurisdicione officy eiusdem dabimus, donabimus et conferemus. Immo ex nunc, sicuti extunc et extunc, prout exnunc: damus, donamus et liberaliter conferimus ac elargimus, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Strigony in profesto beate Lucie virginis et martiris. Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo sexto. Joannes Rex manu propria.

Eredeti, papirra irt oklevél, rányomott pecséttel. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

5.

1526. december 28. Esztergom.

János király Somorja város birájához és tanácsához.

Meghagyja, hogy az esztergomi érseknek járó adót, amelynek fizetési határideje minden évben Szent András napja (nov. 30.), de amelyet mindeddig nem fizettek meg, adják át Várdai Pál érsek emberének.

Commissio propria domini regis.

Johannes dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc.

Circumspecti fideles nobis dilecti. Intelligimus censum Archiepiscopatus huius ecclesie Strigoniensis, qui ex isto oppido nostro Samaria ecclesie eidem Strigoniensi et consequenter Archiepiscopo pro tempore existenti pro festo beatj Andree apostoli ab antiquo quotannis persolui consuevit vos nondum exoluisse, sed adhuc in manibus vestris existere. Mandamus igitur fidelitati vestre harum serie firmiter, quatenus visis presentibus, censum ipsum homini reverendissimi domini Pauli de Varda, Archiepiscopi prefate ecclesie Strigoniensis, quem propterea ad vos duxerit, transmittendo, et nemini alteri reddere et restituere debeatis et teneamini. Secus non facturi, presentes vero pro vestra superinde expedicione poteritis retinere. Datum Srigonii in festo beatorum Innocentum, anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Kivül: Circumspectis ludici et juratis civibus oppidi nostri Samaria, fidelibus nobis dilectis.

Eredeti papiros oklevél, rányomott pecséttel. Nemzeti Múzeum Levéltára. Törzsanyag.

6.

1528. január 23. Buda.

I. Ferdinánd király Szalay János pozsonyi grófhoz. Elena, a nyulak szigetén (Margit sziget) élő apáczák főnöknője társai nevében panaszt tesz a király előtt, hogy mikor a török szultán az előző évben Magyarországba tört, akkor Pettenden (Pozsony m.) az apáczák szolgáló népei, hűségüket megtagadva János királyhoz állottak, magukat megnemesíttették és a birtokot, amelyet az apáczáknak Béla király adományozott, sőt Károly és Mátyás királyok is számukra ítéltek meg, jogtalanul elfoglalták, a jövedelmeket erőszakkal kezükbe kerítették, pettendi erdejüket magas áron adogatják el. A király meghagyja Szalaynak, hogy az erőszakosságot akadályozza meg.

Commissio propria domini regis.

Ferdinandus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. infans Hispaniarum, arhidux Austrie et dux Burgundie etc. Fideli nostro, magnifico Johanni Zalay de Kerechen, Comiti nostro posoniensi, salutem et graciam. Ex querelis et supplicacione religiosarum dominarum Elene priorisse, ac universarum sanctimonialium in insula Leporum degencium accepimus valde displicenter, quod cum anno superiori cesar Thurcorum regnum hoc nostrum Hungarie inuasisset, ex tunc populares et rustici, siue jobagiones prefatarum sanctimonialium exponencium in possessione earum Petthendh nuncupata, in comitatu Posoniensi existenti residentes derelicta illa fidelitate et obediencia, quibus eisdem exponentibus veluti dominabus ipsorum terrestribus debuissent deberentque, contra prefatas dominas exponentes temerarie insurgendo, erga Johannem Sczepusiensem alias waywodam accedendo, cum ipso Johanne Sczepusiensi sese nobilitari, et nichilominus eandem possessionem jamdictarum dominarum exponencium Petthendh, quam videlicet per serenissimum principem olim dominum Belam, dei gracia regem etc. predecessorem nostrum, predictis dominabus exponentibus, consequenterque claustro earum pro refrigerio anime sue dedisse et contulisse ac deniqe per serenissimos principes condam dominos Karolum et Mathiam dei gracia reges etc. similiter predecessores nostros mediantibus certis litteris eorum adiudicatoriis pure et simpliciter dictis dominabus exponentibus adiudicasse oculata nostra fide vidimus et conspeximus, nescitur quo colore, pro se minus iuste et indebite impetrasse dicuntur et per hoc universos proventus antelatarum exponencium violenter dietim pro se usurpassent et usurparent, silvasque earundem dominarum exponencium in territorio dicte possessionis Petthendh existenti adjacentes precio magno omnibus quibus voluissent, vendidissent, vendereque non cessarent eciam depresenti in gravissimum preiudicium et dampnum jamfatarum dominarum exponencium valdemagnum. Supplicacione igitur huiusmodi iusta et legitima predictarum dominarum exponencium nobis superinde porrecta exaudita et admissa, volumus, et fidelitati tue serie presencium strictissime committimus et mandamus, quatinus acceptis presentibus, ulteriori mandato nostro superinde m[inime] expectato, prescriptos universos populos et rusticos, sive jobagiones prelibatarum exponencium rebelles et inobedientes, autoritate nostra regia

presentibus tibi in hac parte attributa et concessa mediantibus ex quo de veteri et laudabili lege et consuetudine prescripti regni nostri, orphanos et huiuscemodi personas oppressas ex debito regiminis nostri officio tuerifacere et defendere tenemur, per omnia remedia et grauamina opportuna, ad debitam obedienciam et servitutem cogere, compellereque et astringere modis omnibus debeas et tenearis, et secus nullomodo nullaque racione facere presummas; presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria quinta proxima post festum beatorum Fabiani et Sebastiani martirum. Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

Papír oklevél, rányomott királyi pecsét töredékes nyomaival. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

7.

1528. szeptember 7. Pozsony.

Ujlaky Ferencz pozsonyi prépost, királyi titkár a nagyszombatiakhoz.

Mivel Ujlak város polgárai úgy határoztak, hogy az egyház szerelvényeit, melyek eddig Kristóf polgár házában két helybeli polgár őrizetére voltak bizva -- az ő keze alá adják, kéri, hogy az említett tárgyakat emberének, László deáknak szolgáltassák át.

Prudentes et circumspecti domini et amici honorandi. Quoniam cives civitatis Uylak unanimi voto ita deliberarunt, ut res ecclesie parochialis dicte civitatis wylak, que nunc sub custodia quorundam duorum civium suorum, in domo civili Christophori civis vestri existunt, manibus meis conservandi gracia assignentur. Propterea dominaciones vestras rogo, velint res huiusmodi sub sigillo civitatis manibus hominis mei, qui presentes dominacionibus vestris reddidit, dari et assignari facere. Alioqui si res easdem perire contigerit, a nemine nisi a vobis suo tempore requiretur, ne igitur dominaciones vestre pro hys aliquam molestiam infuturum paciantur. Rogo, velint absque aliqua difficultate res ipsas homini meo prefato dari facere: pro expedicione autem ipsorum habent dominaciones vestre literas regias, quas cum presentibus retinere poterunt. Reliqua idem homo meus Ladislaus literatus oretenus dominacionibus vestris referet, cuius verbis fidem prestare velint rogo, et cum hoc dominaciones vestras bene valere cupio. — Posonii septima die mensis septembris 1528.

Franciscus de Wylak prepositus posoniensis, secretarius regius etc.

Kívül: Prudentibus et circumspectis magistro civium ac judici et juratis civibus civitatis Tirnaviensis, dominis et amicis honorandis.

Papirra irt oklevél, papirnyomatú zárópecséttel. — Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

8.

1529. junius 15. Bozók.

Vajay Ferencz és Eszéky János esztergomi kanonokok és a honti nagyobb dézsmakés (cultellus) szedői Palojtavölgye, Egyek, Nádasd, Magyarád, Tompa és Lipócz birtokoknak az 1529. évre járó tizedét a bor, méh, zab, rozs és más termények után — a plébánosoknak járó tizenhatod kivételével — bérbe adják Fegyverneki Ferencz sági prépostnak. Az egyes helyek bérösszege a következő: Palojta völgye: 100 frt., Egyek: 20 frt, Nádasd: 13 frt., Magyarád és Tompa: 24 frt., Lipócz: 5 frt.

Nos Franciscus de Waya et Joannes de Ezeek canonici ecclesie Strigoniensis ac decimatores maioris cultelli Hontthensis, recognoscimus per presentes, universas decimas frugum, vinorum, apum, avenarum, siliginum ac omnium aliarum rerum decimari solitarum in possessionibus Paloytha welgye, Egheg, Nadasd, Magyarad, Thompa et predio Lypoocz anno millesimo quingentesimo vigesimo nono provenire debentes Paloytha welge videlicet in et pro . . . . florenis centum, Egeg florenis viginti [sex] Nadasd florenis tredecim, Magyarad et Thompa florenis viginti quatuor et predium Lypoocz florenis quinque, demptis sedecimis plebanorum ad solitum satisfactionis terminum Reverendo domino Francisco de Fegwernek preposito ecclesie de Saag arendasse et locasse harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Bozook, in festo beatorum Viti et Modesti martirum, anno quo supradicto.

Két darab rányomott papirpecsét. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

9.

1529. december 6. Buda.

János király Körmöcz-, Selmecz-, Beszterczebánya és a többi bányavárosokhoz.

Várday Pál esztergomi érsek bemutatja az esztergomi érsekség

és prelatusai számára adott kiváltság leveleket, amelyek szerint minden érez után, amely a földből kikerül, akár vernek belőle pénzt, akár nem, az esztergomi érsekségnek tized, pisetum jár. A király a bemutatott bizonyságok alapján a pisetum fizetését továbbra is elrendeli.

Commissio propria domini regis.

Joannes dei gracia rex Hungarie, Dalmacie et Croacie etc. Fidelibus nostris, prudentibus et circumspectis universis et singulis montanistis et cultoribus fodinarum auri, argenti, cupri et plombi, aliorumque metallorum, civitates nostras Crempnicienses, Sebnicienses, Bistricenses et alia oppida et villas locaque ad easdem pertinentibus, incolentibus et inhabitantibus salutem et graciam. Ex privilegiis et Iuribus ecclesie Strigoniensis per Reverendissimum in Christo patrem, dominum Paulum de Warda, Archiepiscopum eiusdem ecclesie Strigoniensis, primatem Hungarie, legatum natum, ac summum cancellarium nostrum etc. coram nobis in specie productis, eidem ecclesie Strigoniensis, consequenterque eiusdem prelatis, per divos Hungarie reges nostros predecessores concessis et donatis cognoverimus, veram et integram decimam partem omnium vrburarum nostrarum ex mineris auri, argenti, plumbi et cupri et alterius cuiusvis metalli, necnon excrescencie lucri cupri nostri, preterea de omni auro et argento nostro, siue cudatur, siue non cudatur, pisetum deberi. Preterea moti tum iuribus efficacissimis prefate ecclesie Strigoniensis, a divis regibus concessis, et nobis ut premissum est ostensis, tum eciam quibusdam litteris serenissimi condam domini Ludovici regis, predecessoris nostri pie memorie, ex quibus cognoscitur ipsam maiestatem decrevisse et commisisse, ut huiusmodi proventus prefate ecclesie administrari et persolui debeatur. Volentes igitur nosque exemplo eiusdem maiestatis et aliorum divorum Hungarie regum nostrorum predecessorum: Ecclesiam Strigoniensem in suis juribus conservare et cavere, ne nostro evo ipsa ecclesia suis proventibus destituatur, fidelitati igitur vestre harum serie firmissime mandamus, quatenus prefato domino Archiepiscopo, et ecclesie sue Strigoniensi, siue pisetariis suis per eum ad id deputatis, vel deputandis, omnia ut prefertur, urburarum nostrarum ex mineris auri, argenti, plombi et cupri, aliorumque metallorum, et excrescencie lucri, cupri nostri, veram et integram decimam partem, necnon pisetum prenotatum absque omni difficultate et renitencia, semper extradare et persoluere, extradarique et persolvifacere debeatis et

teneamini. Secus facere non presumatis, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude in festo beati Nicolai episcopi, Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo nono,

Io. Statilius e[piscopus] Transilvanensis.

V. ö. Egyháztört. Emlékek I. 504. ahol Katona XX. 528. után az oklevélnek Raymundus, Antonius, Hieronimus Guber (Fugger?) de Augusta-hoz intézett hasonló tárgyú tartalmi kivonata van közölve.

Eredeti oklevél. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

10.

1530. február 11. Prága.

I. Ferdinánd Barki Bálintot hivei ajánlására, mint alkalmas és érdemes embert, tihanyi apáttá nevezi ki, mivel az előbbi apát hűségéről megfeledkezve, Szapolyay János pártján, ellene fegyverrel feltámadott. Kiköti, hogy az új apát az egyházi rendeket az előirt időben vegye föl és a gondjaira bizott szerzeteseket, Isten dicsőségére, fönntartsa és oltalmazza.

Nos Ferdinandus etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit universis: quod nos inducti meritis et virtutibus fidelis nostri honorabilis Valentini de Bark, quibus ipsum ex commendatione nonnullorum fidelium nostrorum preditum esse accepimus, eundemque tanquam personam idoneam et benemeritam ad abbaciam claustri de Thyhan nunc per notam infidelitatis possessoris eiusdem abbacie, in quam idem eo, quod postposita fide et religione sua, contra nos arma sumpsisse partique Joannis Zapoliensis adhesisse dicitur vacantem, authoritate jurispatronatus nostri regii, duximus eligendum et nominandum, illamque cum omnibus bonis et juribus possessionariis suis eidem dandam et conferandam ac illi, cuius interesset presentandam. Ita tamen, ut idem Valentinus termino legittimo sacros ordines cum habitu dicte religionis assummere claustroque in predicto sufficientes fratres ad laudem dei tenere et alere debeat. Immo eligimus, nominamus, presentamus ac damus et conferimus per vigorem presencium. Quocirca vobis fidelibus nostris fratribus in dicto claustro de Thyhan degentibus populisque et colonis eiusdem universis mandamus, ut a modo prefatum Valentinum de Bark pro vestro abbate tenere et recognoscere eidemque in omnibus licitis

et consuetis obedire et obtemperare debeatis. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Prage, feria sexta proxima ante festum beati Valentini martiris. Anno domini millesimo quingentesimo tricesimo. Ferdinandus.

V. ö. Erdélyi László dr.: A tihanyi apátság története I. k. 114. l., ahol Barki kinevezésének datuma bizonytalan. — Eredeti oklevél I. Ferdinánd sajátkezű aláírásával,

Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

11.

1533. julius 12. Saag.

Várday Pál esztergomi érsek Fegyverneki Ferenc sági premontrei és András esztergomi prépostot Selmeczbánya vallási állapotának megvizsgálására küldi.

A Körmöczbányához és Beszterczebányához irott azonos tartalmú oklevelek közölve vannak az Egyháztört. Emlékek II. 261—62. ll.

Eredeti oklevél. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

12.

1533. julius 21. Selmeczbánya.

Fegyverneki Ferencz sági és András doktor esztergomi prépost bizonyítványa a selmecziek számára. Mivel a selmeczieket a királynál és Várday Pál esztergomi érseknél bevádolták, hogy a keresztyénségben az egész föld kerekségén használatos egyházi szokásokat elvetették, ők mint biztosok bizonyítják, hogy a selmecziek derék emberek és a régi czeremóniákból semmit sem hagytak el, sem nem változtattak rajtuk, kétségtelen azonban, hogy bányaművelés okából sokféle ember fordul meg náluk, akik között néha új és megbotránkoztató vallási szokások is előfordulnak, ami őket illeti igyekeznek a jövőben is a régi szokásokhoz ragaszkodni.

Nos Franciscus de feghwernek, beatissime virginis Marie de Saagh, et Andreas doctor, comes et prothonotarius apostolicus metropolitane Strigoniensis, ecclesiarum prepositi, fatemur et recognoscimus per presentes, quod quamvis prudentes et circumspecti domini cives civitatis Sebniciensis varie et multimode tam apud regiam maiestatem, dominum nostrum, clementissimum, quum eciam reverendissimum dominum nostrum, dominum Paulum de Warda, Archiepiscopum Strigoniensem etc. de ritibus et ceremoniis ecclesiasticis toto orbe Christiano hactenus inconcusse servatis in civitate et ecclesiis

eorum parochialibus summotis et abrogatis delati, insimulati et accusati extitissent, propter quod idem reverendissimus dominus noster archiepiscopus iussu et voluntate eiusdem maiestatis regie, nos ad civitatem eandem Sebniciensem civesque prefatos ad inquirendum et pervestigandum : an ea que ex clamosa huiusmodi insinuacione ad eos perlata erant, opere adimplessent, miserat et delegaverat. Ad quamquidem civitatem dum nos his diebus adplicuissemus, de omnibusque ac singulis, que adversus cives eodem obiecta erant, sollicicius quo fieri poterat, ab omnibus, quibus decuit et oportunum erat, inquisivissemus, reperimus eosdem dominos cives bonos, synceros et indubitatos Christi fideles esse, nec quicquam ex ritibus et ceremoniis ecclesiasticis veteribus huiusmodi, quod in ipsis erat immutasse, dempto eo, quod quom permulti, infime note homines diversarum sectarum ex diuersis terris et regionibus ad opera fodinarum civitatis eiusdem in dies contluant, abusumque rituum et sectarum suarum huismodi interdum ibidem exercuissent et servassent. Dedissent tum ydem domini cives operam et darent nuncque ac daturi imposterumque ut explosis et eliminatis novis et scandalosis ritibus et abusibus omnibus eorum, huiusmodi pro posse ac virili ipsorum iuxta ritum, mores et consuetudines inter veros fideles et synceros catholicos obseruari solitos ab omnibus et singulis in civitate eorum vivatur et ceremonieque serventur ecclesiastice, super qua quidem inquisicione et veritatis prescripte indagine, presentes literas nostras eisdem dominis civibus ad cautelam ipsorum uberiorem duximus concedendas. Datum Sebnicie, vigesima prima julii. 1533.

Eredeti oklevél. Nemzeti Múzeum Levéltára. Törzsanyag.

13.

1541. március 4. Boroszló.

Vincler András Pausius Antal selmeczi jegyzőhöz.

Kéri, hogy Salczer János érdekében a városi senátusnál járjon közben, mert tartoznak a vallás és tudomány ügyének annyival, hogy azokat pártfogolják, akik egykor az eklézsiának és hazának szolgálhatnak. Kéri tehát hathatós segítségét. Hi űl adja továbbá, hogy Melanchthon Fülöp Wormsban az eredendő bűnről szóló vitában Eck János fölött győzelmet aratott.

S. D. P. Literas tuas humanissime Antoni accepi, quae mihi pro eo ac debuerunt, fuerunt longe gratissimae

idque multis de causis nostrae videlicet necessitudinis. Quod vero scribis de Salcero nostro, me admonens, officio optimi amici functus, non leuiter placuit. Remitto itaque tunc secutus consilium, adolescentem una cum Pribicero nostro, et corporis statura, et erudicione auctum. Peto itaque a te pro veteri in me animo tuo, ut studia, et voluntatem adolescentis senatui, optimis et humanissimis viris de meliore nota comendes. Debemus enim et religionis, et literarum propagandarum gracia eos inprimis uiuare, qui olim et ecclesiis et reipublice servire poterunt. Quod mihi de Salcero nostro haud vana coniectura aduectus, polliceri ausim. Ea re literarum iecit fundamenta, ut (si modo aliquandum Vitebergae agere liceret) multis officiis dextre administrandis, praeesse possit. Id ego nisi me fallor spes mea experiri in meis scholis, in quibus et alii iam nunc docent, qui olim hic didicere ausus fuero, modo contingant mecenates, qui unum atque alterum annum eius studia sustentent. Quod ut fiat, tu, qui ea es apud cives tuos authoritate, efficies id si feceris et Christus ipse tuos conatus fortunabit. Is enim verus est iuventutis Patronus, sed quid ego ista apud te virum et doctum et pium. Debet mihi adolescens hic noster Salcerus pro sumptibus quos fecit et aliis, que dedi mutuo fl. viginti et unum, hanc pecuniolam cures rogo ut prima quaque occassione mihi reddatur, potest hoc commode fieri eciam per dominum Grenstetter hic, Fuggerorum procuratorem ad nundinas nostras iam proximas. Philippus Melanchthon de peccato originali obtinuit contra Eccium Vormacie in colloquio theologico pugnans victoriam. Faxit Christus, ut ecclesia redigatur ad concordiam reque pro sua gloria. Recte vale, Vratislavie 1541. quarta Martii alios plura.

Tuus ut suus

Andreas Wingler.

Kívül: Humanissimo viro d[omino] magistro Antonio Pausio, Notario Schemnicensis fratri suo in domino.

Más kézzel: Allate 26. Marcy 1541. Winclerus commendat Pausio adolescentem studiosum Joannem Salcerum.

Zöld viaszpecsét nyomaival. Nemzeti Muzeum levéltára. Törzsanyag.

14.

1541. december 27. Wittenberg.

Salczer János Pausius Antal selmeczbányai syndicusnak.

Sokféle hír érkezik hozzá Magyarországból, mert a magyarokkal, főként Gávay Istvánnal állandó érintkezésben áll. Legutóbb a török által elkövetett kegyetlenkedésekről hallott, különösképpen hatással volt rá azok sorsa, akik Budán laknak s a szomszédos vidékeké. Ugy hiszi, hogy Rymon Pongrácz meg fogja irni neki (Pausiusnak) a legujabb híreket, de ő is közli egyenlőre azokat, amik házigazdájához Páduából érkeztek. A császár, V. Károly 1541. okt. 16-án Luccába érkezett a pápával együtt, ott Németországról tárgyaltak és újra hozzáfogtak a zsinati tárgyalásokhoz keresve a hit dolgában a megállapodást, hogy végre tudni lehessen, hogy kinek mit kelljen hinnie. De a zsinatnak nem lett eredménye. A francia király a pápa segítségével Sienát akarta elfoglalni, de a császár megakadályozta és a pápa híveit néhány sienai előkelővel együtt válogatott kinzással pusztította el. E miatt a császár, a pápa és a francia király közt nagy zavar keletkezett. A császárról nem tudni, él-e még, vagy a tengerbe veszett, odahaza naponkint imádkoznak életéért. Kéri, hogy e híreket közölje Rymon Pongráczczal is és ügyét támogassa, hogy a jövő évre is folytathassa tanulmányait. Ismerőseinek üdvözletét küldi.

Si quam rectissime una cum charissima tua coniuge et liberis vales, bene est, ego valeo. Multa variaque hic de Ungaria passim circumferri audio Anthony observandissime, quae, quoniam mihi summa cum Stephano Gauay et aliis quibusdam honestis et studiosis ungaris familiaritas intercedit, et mihi interdum obiiciuntur, nempe Turcam crudelissimum et sanguinis et nominis Christi hostem, acerrimam tyrannidem in Ungaros, praecipue qui Budae habitant exercere et miseros ungaros una cum conterraniis quibusdam meis iustas nunc Deo poenas reddere, propter illorum infidelitatem cogi. Hae quantum me animumque meum moueant, atque perturbant, tibi (quoniam alias multis grauibus curis, tum publicis tum priuatis occupatus es, et ne illis et tunc quoque perturbarem animum) scribere nolui. Quodsi autem ea scire uolueris ex D. M. Pangratio Rymon cognosces, quem sedulo ut mihi de illis aliisque rebus, quas ei significaui, rescribat, oraui. Sed quia te nouarum cupidum esse probe scio, aliqua ad te, que Padua huc ad hospitem meum sunt missa, scribere uolui. Nempe Caesarem nostrum Meilouiam primum, deinde Genuam 16. die octobris anno 1541. profectum esse, et sanctissimum (ut sibi uidetur) Papam Lucam cum Caesare pervenisse, ubi de Germania egerunt, et concilium restaurare coeperunt, et de fide consilium inire uoluerunt, ut tandem certo sciri possit, quidnam cui-

libet credendum sit. Sed hoc concilium certis quibusdam maleuolis legatis, qui deinde suas etiam Caesari dedere poenas, est impeditum. Rex Franciae auxilio Papae aliquos clandestinos constituit legatos, quos sub specie fidelium amicorum in praeclarissimam urbem Senis, quae multos grauissimos et doctissimos celeberrimamque academiam habet, cum magno quoque exercitu misit, illam ut suo imperio subycerent, sed Deus, illorum peruersam infidelitatem non ferens, nequiciam eorum Caesari patefecit. Propterea Caesar sex millia germanorum militum et aliquot item millia hyspanorum et italorum secum eo accepit, quibus adiutus, legatos illos et alios quosdam magnates Senicenses caepit, illosque crudelissimo genere mortis, quod excogitari poterat, nempe singulis diebus membrum aliquod amputando interemit. Hanc itaque ob caussam magna inter Cesarem, Papam et regem franciae orta est seditio. Et iam hic de Caesare plane dubitatur, num adhuc superstes sit, an occisus, an submersus in mare, cum in Aegyptum profectus esset, quae et ut res in eo agatur, tamen singulis fere diebus in concione ipsius sit mentio, et Deum orant, ut nobis eum restituat etc. Haec ad te scribere in presentia uoluj, simulque orare ut cum D. M. Pangratio ista, quae hic tibi mitto communicare non graueris. Inter et alia multa, quae hic habete noua, sed propter celerem nuncii abitum plura scribere non potui. Nunc te ut antea, vehementer oro, ut, quoniam multum et gratia et authoritate apud omnes uales, meam caussam, praecipue uero ut quamprimum in sequentem annum pecuniam nanciscar curare uelis. Ego vicissim me ut gratum tuo atqe in me officiorum memorem agnoscas, semper geram. Iam quod restat feliciter vale, ac o[mn]es quis mihi studysque meis bene uelle cognoueris, precipue autem charissimam tuam coniugem dominam nostram saluta meo nomine diligentissime etc. Et ignosco quod adeo sine ullo, aut ordine, aut arte scripserim, nam propter celerem nuncii abitum me scribendo quoque celerem esse oportuit. Iterum vale. Datae Vitebergae 7. Calendas January. Anno domini 1541.

Tuus obseruandissimus Joannes Salczer.

Kívül: Moderato ac circumspecto domino Magistro Antonio Pausio syndico Schemnicensi patro suo in primis observando.

A. 1541. Más kézzel: presentate 2. Marcy a. 1542. Joannes Salcerus Nouitates de Turcis scribit.

Salczer papirra nyomott zárópecsétjével. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

15.

1544. október 11. Prága.

I. Ferdinánd király megparancsolja a lőcseieknek, hogy a hamis prédikátorokat távolítsák el maguk közül és az evangeliumi szolgálatra ne alkalmazzanak mást, mint akit a felsőbbség küld. Királyi kötelességénél fogva nem tűri, hogy oly prédikátorok, akiket nem a hivatalos felsőségük küldött, közöttük hamis tanokat terjesszenek.

Ferdinandus diuina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex semper augustus, infans Hispaniarum, Archidux Austrie etc. Fidelibus nostris, prudentibus et circumspectis Judici et juratis civibus civitatis nostre Leuchouiensis, salutem et graciam. Intelligimus in medium vestri irrepsisse concionatorem quendam spargentem nova, et a fide catholica prorsus aliena dogmata, que animos auditorum a veterum orhodoxe ecclesie doctorum veris interpretacionibus avocarent labefactarentque magis, quam edificarent; cum autem nostra intersit, ex regie nostre dignitatis officio providere, ne que hereses inter subditos nostros oriantur et lacius serpant, ac falsos verbi dei concionatores, qui a superioribus suis nec missi sunt, nec ad concionandi munus electi, procul arcere; fidelitati vestre harum serie mandamus firmisseme, quatenus acceptis presentibus, rebusque sic, ut premissum est, se habentibus, huiusmodi falsum concionatorem e medio vestri ablegare, neque quemquam amplius ad ministerium Euangely admittere habeatis, nisi qui per superiores vestros dyecesianos missi fuerint ac vita inculpata, et vera sacrarum litterarum doctrina juxta veterum doctorum ecclesie interpretacionem probatus, publico eorum suffragio commendetur. Alioquin non paciemur pro nostro regali officio per concionatores a prelatis suis non missis, hereses et falsa dogmata apud vos et simplicem populum magna animarum iactura spargi. Secus igitur sub indignacionis nostre pena non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Prage, Undecima octobris, Anno domini. 1544. Ferdinandus m. p. Nicolaus Olahus m. p.

Az Egyháztört. Emlékek a magyarországi hitújítás korából II. 391. skk. l. a szepességi huszonnégy királyi plébános társulatának bő részletességgel közölt jegyzőkönyvében az 1544. évnél erről a rendeletről nem történik említés.

Egyszerű másolat. Egykorú. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

16.

1545. február 3. Pozsony.

Révay Ferencz, Balázs és Miklós rabokhoz Nyitravárába.

Két ferenczes barát útban van hozzájuk vizsgálatot tartani hitbeli felfogásukra vonatkozólag. Bár a szerzetesek „párisi sophisták", mégis, mert a mesterük Krisztus, a sátán, pokol és bűn legyőzője, harczolni fog érettük, mert az ő ügyét munkálják s megadja a bölcsességet, amelynek nem lehet ellene állani. Ne kétségeskedjenek és ne féljenek tehát. Mivel a szerzetesek birák és vádlók nem lehetnek egyszerre, gondoskodjanak, hogy az ügyet, amint előkerül, hű jegyző által hitelt érdemlően följegyeztessék és az esztergomi érsek elé terjeszszék. Bármi lesz a disputa vége, halálbüntetéssel nem végződhetik. Éppen indulóban van a gyűlésre Nagyszombatba.

S[alutem] p[lurimam]. Hodie expediti sunt duo franciscani, qui vos fratres charissimi inquirant de negocio relligionis, deque doctrina vestra experiantur. Etsi monachi ipsi sunt sophiste parisienses, cum tamen magister noster Christus sit, victor peccati, mortis, sathani et inferorum, statim eciam pugnabit pro vobis, et quod causam suam agatis, dabitque vobis iuxta suam promissionem os et sapienciam, cui non poterunt resistere omnes adversarii vestri. Ne despondeatis igitur animos, sed vigiletis et oretis, ne intretis in temptacionem. Et quoniam monachi ipsi non possunt agere actores simul et judices, propterea curetis, ut omnes proposiciones et acciones, que in medium utrinque proferentur, per fidum aliquem notarium excipiantur, et ad iudicium domini reverendissimi Strigoniensis perferantur, vel si neminem poteritis fidelem et idoneum nancissi notarium, utraque pars suas proposiciones bona fide, sua manu coram fidedignis testibus excipiat, et ad iudicium prefati domini reverendissimi Strigoniensis transmittat. Interea nichil dubitetis de vestra liberacione; disputacio enim ista qualiscunque futura sit, tamen ad penam sanguinis minime tendit. Equo animo feratis fratres charissimi, quod rarius fortassis, quam par esset hactenus, scripserim ad vos. Nunc sum in procinctu iturus Thyrnauiam ad comicia, que illic celebrabuntur. Opto vos semper bene valere fratres charissimi. Posonii 3. february, Anno 1545.

Franciscus de Reua
manu propria.

Kívül: 1545. Copia litterarum 3. february ad Blasium et Nicolaum captivos Nittrie latarum.

Egykorú másolat. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

17.

1545. május 30. Szamosujvár.

Izabella királyné Réchey Lukács kérésére átírja azt az oklevelet, amelyben a deési polgárok a Szentháromság egyház vezetését, a hozzátartozó malommal és egyéb jövedelmekkel, reáruházzák.

Nos Isabella, dei gracia Regina Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit universis, quod fidelis noster honorabilis Lucas presbiter de Reche, exhibuit et presentavit nobis quasdam litteras, prudentum et circumspectorum judicis ac juratorum, ceterorumque civium oppidi nostri Dees, in dupplici papiro patenter confectas, sigilloque eiusdem oppidi nostri impressive communitas, quibus mediantibus, ydem oppidani rectoratum altaris sancte et individue trinitatis in illo oppido nostro constructum, simul cum parte molendini ac alys proventibus solitis, perpetuo dedisse, donasse et [cons]cripsisse dinoscebantur, tenoris infrascripti. Supplicatum itaque extitit maiestati nostre, ut easdem litteras et singula in eisdem contenta, confirmare dignaremur graciose, quarum quidem litterarum tenor talis est: Nos Gregorius Aywgyarto judex, Benedictus Kywmywes, Albertus literatus, Valentinus Zylagy, Stephanus Zekel, Gregorius Kallay, Martinus literatus, Laurencius Zekel, Joannes Zylagy, Christoferus literatus, Joannes Gywlay, Anthonius Paruus, judex cisorum, et Stephanus Zabo, iurati cives ac universi consules oppidi Dees etc. Damus pro memoria universis et singulis, quibus expedit, quod nos attentis et consideratis vita, virtute, morum honestate ac literalis sciencie sufficienti pericia, ceterisque virtutum [d]otibus honorabilis domini magistri Luce de Reche, quibus ipse ab altissimo insignitus apud nos testimonio fidedigno commendatus est [officium] ad rectoratum altaris sancte et individue trinitatis in eodem oppido nostro fundatum, nunc per mortem honorabilis olim magistri Val[entini] ultimi, legittimi et immedietati possessoris de iure et defacto vacantem, authoritate iuspatronatus nostri, quod more predecessorum [nostrorum] in eo conferendo habere dinoscimur, duximus eligendum, nominandum et presentandum ad idem officium rectoratus sancte et individue [trini]tatis, et perceptionem omnium proventuum et utilitatum, fenetorum, pratorum, vinearum ac porcionis molendini, quod quidem molendinum egregius quondam Stephanus literatus de Gywla alias camerarius deessiensis,

in ultima sua testamentaria legacione, directas et equales tres partes, hoc est integrum molendinum predictum empticium, simul cum cunctis suis emolumentis et proventibus, altaribus et eorum rectoribus, successiuis temporis constituendis, ad honorem videlicet sancte et individue trinitatis, et ad honorem beate Marie virginis, concepcionis in ecclesia sancti Stephani regis in oppido nostro Dees fundatis, idem Stephanus literatus pro salute et refrigerio anime sue in elemosinam dotamque perpetuam, legauerat, et commiserat, ut ad eadem altaria predicta rectoribusque ipsorum, perpetuo possidenda relinquatur ac eo pertinere debeat. tamen ex sana et matura predecessorum nostrorum deliberacione, terciam partem illius molendinj prefati, in Rethy fundati ad altare sancte et individue trinitatis quod eidem Luce presbitero contulimus regendam et possidendam transtulimus, ipsumque ad rectoratum altaris nominamus, eligemus et ascribimus presencium per vigorem nullo penitus contradictore apparente, tali vinculo mediante. Quodsi temporum in processu ipsum Lucam presbiterum, aut successores suos quispiam hominum quouismodo molestare niteretur, in facto calumnie, et per estimacionem tocius hereditatis altaris illis conuincatur. In cuius rei memoriam et firmitatem stabilem, litteras nostras presentes eidem duximus referendum. Datum in oppido Dees [in] festo Stephani protomartiris anno domini millesimo quingentesimo tricesimo nono. Nos igitur premissa supplicacione reginali benignitate exaudita [cleme]nter et admissa, prescriptas litteras dictorum nostrorum oppidanorum non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed om[ni suspic]ionis vicio carentes prefato rectoratui sancte et individue trinitatis nec non dicto Luce presbitero, eiusque successoribus, perpetuo valituras, confir[mamus] approbamus et ratificamus, et nichilominus domum illam in platea civitatis, inter domos, capelle sancti spiritus ab una, ac Benedicti [kyw]mywes, judicis illius oppidi ab altera partibus fundatam et edificatam, ad dictum rectoratum altaris sancte et individue trinitatis perpetuo possidendum donamus et conferimus, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum in arce nostra Wywar, sabbato proximo ante festum diem sancte et individue trinitatis, anno domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto. Isabella regina m. p. Relatio domini Georgy Horwath.

Eredeti papiros oklevél. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

18.

1549. február 19. Neubrandenburg.

Hügel András Melanchthon Fülöphöz.

Megköszöni Melanchthon jóakaratát, hogy a magyarországi Selmecbánya papságát neki felajánlja. Bár jelenlegi helyén nem soká maradhat, tekintettel azonban nagyszámú családjára, — hat gyermeke van — nem vállalkozhat oly hosszú és veszélyes útra. Nincs ugyan jelenlegi helyén sem veszélyen kivül, mégis tanácsosabbnak látja a közeli vidéken keresni más helyet, ha szükséges lesz. Úgy véli, hogy Isten megbocsát neki, amikor tanultabbak és alkalmasabbak is találhatók a neki felajánlott feladatra. Óhajtja, hogy Isten alkalmas szolgákat állítson Selmeczen aratasába.

S[alutem] D[ico.] Primum gratias ago tibi carissime Philippe, quod ultro mihi offers pastoris condicionem in oppido Hungarie Schemnitz, in qua re eciam tuum studium et veterem erga me humanitatem libens agnosco. Et quamquam ante octiduum in urbe Aretoa abunde satis sentenciam principis intelleximus, ut non credam me posthac diu manendi locum habiturum in Marchia, et quaerenda mihi sit alia sedes, tamen propter multas necessarias causas, et meos parvulos liberos quoque, beneficio Dei sex habeo, non possum tam difficile et periculosum profectionem suscipere; praesertim hoc tempore, ne uxorem et liberos in discrimen adducere videar. Etsi hic non extra periculum versamur, consultius tamen videtur ut in his regionibus, si modo omnino non denegabitur terra, locum quaeram, cuius gravitatem uxor et liberi mei perferre queant. Arbitror etiam me coram Deo excusatum esse, cum multi alii bonj viri et me multo exercitaciores et magis idonej ad suscipiendam hanc functionem inveniri possint. Precor itaque Deum aeternum, patrem Dominj nostrj Jesu Christi, ut ministros idoneos extendat in Messem suam et sanctae ecclesiae Dei in Schemnitz organum electum et salutare praes[er]viat. Bene valeat tua humanitas et hanc meam qualemcunque excusationem aequi bonique consulat. 19. Februarii. De statu ecclesiarum nostrarum ex M. Joh. Sigefrido et Christiano Mathia audies. Omnibus vobis opto salutem D[omino] Magistro Georgio Rorario et alys amicis 1549.

Andreas Hügel ecclesiae domini
in urbe nova brand[enburg] pastor.

Kivül: Clarissimo viro pietate et virtute excellentj Domino Philippo Melanthonj praeceptorj suo carissimo. Más irással: 19. Febr. 1549.

Andr. Hügel Prediger zu Neu Brandeburg schlägt auch sein Dienstab auff Schembnitz S. M.

Eredeti, gyűrűs zárópecséttel. Nemzéti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

19.

1549. április 25. Pozsony.

Várdai Pál esztergomi érsek a selmeczieknek.

Értesült róla, hogy plébánosuk elhalálozott. Fölszólítja őket, hogy javait, úgy szintén testamentumát is, ha készített, az érsek további rendelkezéséig zár alá véve, tartsák maguknál.

Prudentes et circumspecti domini amici honorandi. Salutem. Intelligimus plebanum vestrum ex hac luce discessisse, neque nos, vt par erat, pro suo prelato in suo testamento agnovisse. Cum igitur dominaciones vestre non ignorent parochos omnes sub dioecesi nostra a nobis pendere, nosque omni tempore atque etiam extremo spiritu pro supremo eorum pastore in terris post Sanctum dominum nostrum agnoscere oportere, committimus vobis ut res, bonaque ipsius vestri demortui parochi sub aresto apud vos habeatis, simul eciam testamentum siquod confecit, tandemque teneatis sub aresto, donec ulteriorem in ea re a nobis habeatis commissionem. Secus ne feceritis. bene valeant dominationes vestre.

Posony die 25. Aprilis 1549.

Paulus archiepiscopus ecclesiae Strigoniensis, summus cancellarius et locumtenens regie maiestatis

Idem Strigoniensis manupropria.

Pótlásul egy odaragasztott papirdarabkán:

Testamentum ipsum plebani demortui dominaciones vestre ad nos quam primum mittant.

Kívül: Prudentibus et Circumspectis dominis judici et juratis ceterisque consulibus civitatis Sebniciensibus, amicis honorandis.

Eredeti, papiroson. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

20.

1549. május 21. Pozsony.

Várday Pál esztergomi érsek a selmeczieknek.

Válaszukra közli, hogy kötelességéből irt csupán az elhalt

plébános végrendelete ügyében, mint följebbvalója; mivel azonban a város jelentése szerint az elhalt papnak semmi hagyatéka nem maradt, tudomásul veszi és buzdítja a várost, hogy olyan papot válaszszanak, akinek készültsége által ők is növekedjenek hitben és kegyes életben. A választást neki megerősítés végett jelentsék be.

Prudentes et circumspecti domini amici honorandi. Salutem etc. Accepimus responsum dominacionum vestrarum ad litteras nostras, quas de testamento plebani vestri super demortui ad vos dederamus. Nos nullius rei cupiditate adducti scripseramus ad dominaciones vestras in eam sententiam, sed quod ita nostri ratio officy videbatur exigere, ut si forte absque testamento ex hac vita discessisset, relictis bonis et re familiari, ea nostra cura et diligencia ad pios vsus converterentur, vt sane diceret, sin autem condidisset testamentum et nobis, uti capiti priorem locum uti par est, dedisset, testamentum confirmaremus curaremusque exequendum. Postquam autem ex litteris vestris cognouimus, non fuisse opus testamento, ei qui egenus admodum obierit, vestro testimonio fidem nobis duximus esse adhibendam; vos hortamur in locum ipsius vestri parochi talem virum curetis sufficere, qui doctrina et vite integritate moribusque nobis inprimis probatus sit, ac proinde quemcunque ad istud munus assumere volueritis, eum nobis presentetis prius, ut probatus confirmetur a nobis pietasque et religio in vobis augeatur illius doctrina. Bene valeant dominationes vestre. Posonii, die 21. May, 1549.

Paulus archiepiscopus Ecclesie Strigoniensis
Summus cancellarius et locumtenens regie maiestatis
Idem Strigoniensis manupropria.

Kívül: Prudentibus et circumspectis dominis, judici et juratis ceterisque consulibus civitatis Sebniciensis, amicis honorandis.

Eredeti, papiroson. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

21.

1549. junius 6. Prága.

Oláh Miklós egri püspök, királyi kancellár Bártfa város lakosaihoz.

Értesült róla, hogy közöttük egy alesperes tartózkodik, aki e névvel visszaélve, titkon papokat szentel. Mivel ez úgy a királynak kedve ellenére, mint az ő jogának sérelmére van, felszólítja a város lakosait, hogy az ál-alesperest maguk közül távolítsák el; a papszentelést, amihez törvényes joga nincs, tovább ne gyakorolja.

Prudentes et circumspecti domini ac amici nobis honorandi. Salutem. Scitis, quo favore et patrocinio erga dominaciones vestras fuerimus semper, eodem ne quidem posthac esse desinemus. Faciatis modo id, quod facere decet. Intelligimus, et ab his, qui istinc huc veniunt, uno oro (!) predicatur, esse inter eosdem vice archidiaconum quendam, qui sibi eo nomine et titulo usurpato, clam sacerdotes ordinaret. Quod non potest contra Regiam maiestatem, dominum nostrum clementissimum, et nostre Jurisdictionis authoritatem non esse. Itaque hortamur vos et rogamus, quo predictum vicearchidiaconum, qui sibi vel illud nomen falso vendicavit, a vobis dimittatis, ne amplius ordinet. Non enim authoritatem ordinandi legittimam, aut vocationem habet. Alioqui persuasum habeatis, neque Regiam maiestatem, neque nos post suam maiestatem istud vobis perferre, de quo, ad hec nostra scripta relationem a dominacionibus vestris expectamus. Quas in reliquo optamus valere feliciter.

Datum Prage, 6. Juny 1549.

Nicolaus Olahus E[piscopus] Agriensis,
cancellarius Regiae maiestatis etc.
Manu propria.

Kívül: Prudentibus ac circumspectis dominis, Judici et juratis Civibus civitatis Bartffensis, amicis nobis honorandis.

Eredeti missilis, vörös zárópecsét nyomaival. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

22.

1549. junius 29. Eger.

Hevesi Lőrincz egri főesperes a nádudvari kerület papjaihoz. Mivel Varkoch Tamásnak, Eger vár kapitányának, a vár körül teljesített kiváló szolgálataiért a nádudvari tizedet átengedte, a főesperes meghagyja a papoknak, hogy Varkoch emberét tisztességgel fogadják, s a kijáró tizedet excommunicatio terhe alatt neki mindenki megfizesse,

Laurencius de Hewes archidiaconus cathedralis canonicus et vicarius ecclesie Agriensis in spiritualibus, et causarum auditor generalis. Dilectis nobis universis et singulis dominis ecclesiarum parochialium plebanis in et sub districtu Nadwdvariensis ubivis constitutis et existentibus salutem et mutuam in domino charitatem. Quia sacra regia maiestas, dominus noster clemintissimus attentis et

consideratis benemeritis et fidelibus servicys egregy Thome Warkoch, alias prefecti arcis Agriensis, que servicia prefato domino nostro regi et regno eius Hungarie in eadem arce Agriensi pro locorum et temporum varietate impenderit, omnibus constat evidenter, totalem itaque decimam prefati districtus Nadwdwariensis, agnorum, apum, frugum, bladorum anni presentis, aliarumque rerum decimare solitarum prefato Thome Warkoch ex sua munificencia regali dedit, donauit et contullit, deuocioni itaque vestre in virtute obedientes et sub excommunicacionis pena comittimus et mandamus, ut dum et quum prefatus Thomas Warkoch istis nostris cum litteris pro huiusmodi decimis dicando et colligendo vestri in medium suum hominem miserit, extunc eundem honorifice acceptetis et favorabiliter tractetis et si quipiam parochianorum vestrorum huiusmodi decimas more alias consueto decimare non permitterent, dicatasque de bonis eorum extradare et exsoluere recusarent, extunc eisdem trium dierum canonica monicione premissa firmissimum ecclesiasticum imponatis interdictum et impositum in forma ecclesie consueta, observetis et observari faciatis. Tamdiu donec ydem ipsas decimas prefato Thome Warkoch, aut homini suo cum omni integritate extradare et exsoluere curaverint, pleno cum effectu, aut aliud a nobis superinde habueritis in mandatis presentibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum Agrie vigesima nona die mensis Juny[1] Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo nono. per Franciscum Bekesinus notarium.

[1] Eredetileg July volt irva, de az l betü szára ki van vakarva és n-betüvé alakítva ; ugyancsak az év datálásban a nono szó alatt *oct.* vehető ki, ami ugylátszik octavo akart lenni, de nono-ra javittatott.

Rányomott pecséttel, papiroson. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

23.

1549. augusztus 4. Wittenberg.

Bugenhagen János, Melanchton Fülöp és Maior György Selmecz város tanácsához.

Remélték, hogy Sneppius Erhardus a tübingai egyetemről, vállalja náluk a papságot, de a weimari herczeg tart rá számot gyermekei nevelésénél. Ha még nem volna papjuk, ajánlják a körmöczi szü-

letésű Faber Egyedet, aki már az ötven éven túl van és aki ifjuságában Selmeczen nevelkedett. Az anhalti herceg szivesen tartaná szolgálatában, mert már öt évet töltött nála, mint lelkész, de egészsége érdekében hasznosnak találja a helyváltoztatást. Kivánatra hajlandók közvetíteni az érintkezést Faberrel.

Gottes gnad durch seinen Eingebornen Son Jhesum Christum unsern heiland und warhafftigen helffer zufor. Erbare, weise, fürneme, gunstige herrn. Wir haben gute Hoffnung gehabt, der Ernwirdig herr doctor Erhardus Sneppius, ettwa Pastor und Legent in der Universitet zu Tubingen wurde ewr Kirchen regirung angenomen haben, wie auch geschehen were so yhn die Durchleuchten, hochgebornen Fursten und herrn, die Jungern herzogen zu Sachsen zu Weimar, nicht gnediglich vermocht yhnen zu dienen. Wo zu Ewr Erbarkeit noch kheinen Pastor angenhomen, so fügen wir E. Erbarkeit zu wissen, das ein ehrlicher, gottforchtiger, gelerter mann herr Egidius Faber, geborn zu Cremnitz, der in seiner Jugent zu Schemnitz erzogen, itzund bey uns ist, diser hatt sich erbotten, Ewr Kirchen trewlich in reiner Christlicher lahr vnd pfarregirung zu dienen. Nu achten wir ehr sey E. Erbarkeit bekant, dweil er aber in disen landen bey zwentzig Jarn gewesen. In der Universitet vnd Pfarregirung, khonnen wir guten warhafftigen bericht von Ihm thun, nemlich das ehr nicht fern von uns bey den Durchleucht hochgebornen Fursten zu Anhalt ein pfarr fünff Jar trewlich vnd loblich regirt hatt, da yhn auch hochgedachte Furstern gern lenger vnd sein leben lang behalten hetten, ehr hatt aber seiner gesuntheit halben anderung furgenomen, vnd ist wolgelart, verstendig, sittig, vnd eins Christlichen lebens, vnd ein anschliche person, nicht zu jung, sondern vber funffzig Jar, vnd hatt ein starke manliche Stimm vnd sprach, bestendig in Christlicher lahr, hoffen auch Ewr Kirch wurde mit yhm durch Gottes gnad wol versorget sein. Wo nu E. Erbarkeit gedacht herrn Egidium beruffen wolt, bitten wir vnd ehr E. Erbarkeiten wollen solchs, durch Ewr eigne bottschafft yhm oder vns Zu schreiben, so will ehr sich zu Ewr Erbarkeit selb verfügen, das yhn E. Erbarkeit horen mogen, vnd als denn mitt yhm schliessen, Ehr were auch ietzund selb zu E. Erbarkeit gezogen, dweil ehr aber nu wisst, ob der dienst noch ledig sey, hatt ehr E. Erbarkeit schrifft erwarten wollen, vnd bitten vmb antwort. Der Almechtig Gott Vatter vnsers Heilands

Jhesu Christj wolle Ewr Kirchen, Stadt vnd euch alle vnd die Ewrn gnediglich bewaren.

Datum Witeberg 4. Augusti, Anno 1549.

E. Erbarkeit

Willige
Johannes Bugenhagen
Ponner d.
Philllippus Melanchton
Georgius Maior d.

Kivül: Den Erbarn weisen, vnd furnemen herrn Burgermeistern (áthúzva és fölé irva: richter) vnd Radt der Loblichen Stadt Schemnitz, vnsern gunstigen herrn vnd freunden.

Más kézzel: Allata 30. Augusty. Cito, Cito. A levél Bugenhagen kézírása, a másik kettő csak aláírta a levelet.

Eredeti, papiroson, Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

24.

1549. szept. 25. körül. Kőszeg.

Chemethey Mihály folyamodványa a Kőszegen időző királyi biztosokhoz.

Chemethey egyik bátyja Zakariás borsmonostori apát szolgálatában a maga Enyeden (Sopron vm.) levő birtokrészét ismeretlen okból a borsmonostori konventnek adományozta. Zakariás apát azonban a Mohács utáni zavarokban a birtoknak másik felét is elfoglalta erőhatalommal jog ellenére. Chemethey kéri az ügy újra megvizsgálását és a jogtalanság orvoslását. Megemlíti, hogy a birtokra vonatkozó határjáró levél az apát kezében van.

Magnifici et Generosi domini domini semper graciosissimi.

Supplicatur eisdem vestris magnificis et generosis dominis in persona nobilis Michaelis Chemethtey, in eo humillime, quomodo annis superioribus quidam frater et progenitor ac antecessor eiusdem supplicantis, sua vita comite condam religiosum dominum Zacariam Abbatem de Borsmonost[o]ra servivisset, cui et fidelissima servicia exhibuisset, tandem nescitur qua racione, ut asseritur frivolis de causis idem condam frater ipsius supplicantis, directam et equalem medietatem predii Enyed nuncuppati ipsius supplicantis in comitatu Soproniensi existenti habitam, dicto condam reverendo domino Zacarie Abbati deditam Borsmonostra utcunque dedisset et alienasset, in manifestum prejudicium eiusdem supplicantis, Attamen

dictus dominus Zacarias abbas de Borsmonostra mox et statim post perniciosam cladem Mohaciensem minus juste et indebite, alteram directam et aequalem medietatem eiusdem predii Enyed, de manibus prefati supplicantis excepisset et occupasset potentia mediante. Unde dictus supplicans eisdem vestris magnificis et generosis dominis intime supplicat, uti eaedem hanc suam causam secundum divinam iusticiam revidere et rectificare velint, de premissis prefatus supplicans ab eisdem veram et justam divinamque expetat revisionem.

Tandem idem supplicans dicit, quod litteras metales suas dictum predium tangentes et concernentes modernus dominus abbas de dicta Borsmonostra ad presens in manu sua haberet, repetent eaedem litteras metales ab eodem abbate etc.

Kivül: Supplicatio nobilis Michaelis Chemethey ad Magnificos et Generosos Commissarios regiae maiestatis pro nunc in Kwzegh existentes.

presentate die 25. septembris 1549.

Eredeti, papiroson. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

25.

1549.

A paáthi Szent Miklósról elnevezett egyház vagyonának lajstroma.

Regestrum super pecunias ecclesie Sancti Nicolai in Paath fundate tempore vitricis ecclesie eiusdem Stephani Nemeth, manibus suis assignatas. 1549.

Introitus

Primo Assignati sunt et numerati
Manibus suis in puratis floreni 6.

iterum Unum taurum ecclesie idem
Stephanus Nemeth vitricus vendidit fl. 2.
cuius den. 10.

iterum obyt quidam famulus, qui legasset ecclesie unum juger[um] tritici, quod idem vitricus vendidit den. 80.

iterum Idem vitricus vendidit
Clementi Kercze duo
Aluearia apum den. 80.

iterum Idem vitricus vendit Michaeli Sos quatuor alueaaria apum fl. 1. den. 20.
Idem vendidit unum alveare apum Dorothe tho den. 40.
Idem vendidit avenam Gaspari Kyspathy fl. 1.
Idem vendidit ligna de silva ecclesie Martino Kamony den. 16.
Summa facit fl. 12., den. 26.

debita eiusdem ecclesie
Iterum Joannes Horwath tenetur fl. 1.
quos apud eum legasset quidem croatus vitus pro sepultura sua, ex quo refutata hic ecclesia in themend sepelliri fecisset.
(Áthúzva tintával az egész szakasz.)
iterum croati Iuczo obligantem
qui saltum fecerunt cubulum 10.
iterum Joannes Harazty tenetur cbl. 1.
iterum fabianus thot tenetur cbl. 1.
iterum Mathias zekeriartho cbl. 1.

Exitus

Iterum campana empta est et preparata et sursum locata fl. 6.
cuius cruc. 20.
Iterum In cena domini feria quinta maioris ebdomade
dedi ad vinum ϑ 8.
Iterum Matheo Horwat dedi pro quorundam
sepium erectione penes fruges ecclesie crucif. 4.
Iterum a Blasio gelenczer emi duo
aluearia ϑ 2.
Iterum a Matheo Porpaczy in Septhe
emi aluearia 4. crucif. 5.
Iterum Emi Wienne ad campanam
cordam vnam ϑ 12.
Iterum Per annos quinque
emi thus ϑ 12.
Iterum Asseres duos sub apes
emi cruc. 9.
Iterum ad preparacionen et deauracionem) áthúzva
unius calicis exposui 88. ϑ 70.)
Iterum clauem unum ad necessitatem
ecclesie emi ϑ 8.
Iterum asseres tres ad tecturam
ecclesie emi ϑ 20.

iterum ceram emi ϑ 12.

campanam minorem wulgo
czengethew emi ϑ 10.
iterum claues ferreos ϑ 8.
iterum ampulas wiennenses ϑ 2.
iterum pro reparacione et disposicione
unius calicis dedi fl. 1.
cuius ϑ 11.
iterum unum mensale ad aram emi cruc. 25
iterum crucifixum vnum
emi ϑ 53..
iterum pro messione unius
jugeri silliginis solui ϑ 20.
iterum thus emi ϑ 3.
Summa facit fl. 9.
ϑ 47. (áthúzva és mellé írva) 38.

Eredeti, papiroson. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

26.

1589. márc. 3. Bécs.

Ernő főherceg meghagyja a szepesi kamarának, hogy a vizsolyi nyomdának betűit és nyomtatványait, különösképen pedig az ó naptárakat, Rákóczi Zsigmond segítségével kobozza el.

Ernestus dei gratia archidux Austriae, dux Burgundiae, Styriae, Carinthiae, Carnioliae etc. comes Tyrolis etc.

Egregii nobis dilecti. Intelligimus tipographum quendam profugum in oppido Vizoli, nullo fultum, uti moris est, privilegio, imo contra sacratissimae caesareae regiaeque maiestatis edicta, antiquata calendaria, caeterosque qualescunque libros pro libitu excudere. Ideo hortamur vos et requirimus, ac nihilominus eiusdem maiestatis nomine committimus vobis, ut aliquem e medio vestrum ad magnificum Sigismundum Rakoczy, eius loci dominum, mittatis, qui exhibitis ei hac de re litteris his nostris, eius auxilio typos cum libris, quos ibidem invenerit, confiscet, eosque deinde vos ad ulteriorem nostram resolutionem servare debeatis. Neque secus feceretis. Datum Viennae,

tertia die Martii, anno domini millesimo quingentesimo octogesimo nono.

Ernestus m. p.

Faustus Verantius m. p.

Kivül: Egregiis N. praefecto, caeterisque camerae Scepusiensis sacrae caesareae regiaeque maiestatis consiliariis nobis dilectis.

Kamarai feljegyzés: 14. Martii 1589. Typi et libri in Vysol confiscandi.

Eredeti, papiroson. Orsz. Levéltár, Cam. Scepus., Ben. mand. 1589. Mart. no 59.

27.

1589. márc. 26. Eger.

Rákóczi Zsigmond értesíti Ernő főherceget, hogy a vizsolyi nyomdában nem nyomnak régi naptárakat, hanem egyedül magyar nyelvű bibliát, és egyben kéri, hogy ennek kinyomását engedje meg.

Serenissime princeps, domine domine mihi clementissime. Fidelium servitiorum meorum in gratiam serenitatis vestrae humilimam perpetuamque commendationem.

Mandatum serenitatis vestrae accepi, quibus mandat typographum quendam cum typis omnibus manibus camerae Scepusiensis traderem, qui vetera calendaria aliaque inprimeret. Serenissime domine mihi clementissime, mandatibus serenitatis vestrae in tota vita mea obedivi, in hoc quoque sit iuxta mandatum serenitatis vestrae. Quod autem attinet ad impressionem typographumque, serenitas vestra certo credat, nulla calendaria inprimere, solummodo biblia sacra, quae lingua germanica, greca, latina, rutenica, excepta lingua hungarica, est transversa ac promulgata, ac illius quoque maxima pars, videlicet prophetarum scripta Hungarica lingua diu ab aliquot annis certo constat, nisi aliqua pars restat, cuius quidem inpressionem brevi in finem deducunt. Haec autem sola sumptibus sane non exiguis dominorum magnatum in linguam Hungaricam pro simplicioribus, qui linguas peregrinas minime norunt, est transversa, pro quarum inpressione domus quaedam vacua et deserta in bonis nostris typographo commoda est inventa, quam eidem ad intercessionem regnicolarum ad tempus concessimus, cui plurimi dominorum magnatum in propriis suis arcibus, castris, curiisque nobilitaribus locum ad hanc rem aptum contu-

lissent, cum locis non perpaucis in ditionibus serenitatis vestrae, praecipue in Barthpha et Debrecen typography existant. Itaque humilime suplico serenitati vestrae, ut residuitatem bibliarum sacrarum ex benigna gratia sua inprimere permittat, cum et ego scripturam saltem hungaricam parum noverim, primum autem omnium regnum dei acquirerem. Post omnibus meis conatibus die ac nocte, in quantum deus et vires patiuntur, serenitati vestrae fidelis, humilis et perpetuus servitor esse non desistam. Insuper serenitati vestrae mea fidelia humiliaque servitia commendo. Eandem serenitatem vestram foelecissime diu valere et regnare desidero. Datum Agriae, 28.[1] Martii, anno 1589.

1. A napi keltezés nyilvánvalóan téves; helyesen: 26.

Kívül: Paria litterarum ad serenissimum principem dominum dominum Ernestum archiducem Austriae, ducem Burgundiae, Stiriae, Carintiae, Carnioliae, comitem Tyrolis datarum.

Másolat; papiroson. Az irás a fentebb közölt levél irásával azonos. U. o. Repraes. inform. et inst. 1589. Mart. (Rákóczi 1589. márc. 26-iki levelének melléklete.)

28.

1589. március 26. Eger.

Rákóczi Zsigmond Ernő főherceghez intézett levelének másolatát a szepesi kamarának megküldi.

Generosi ac egregii domini, amici mihi observandissimi. Servitiorum meorum paratam commendationem.

Az vristenteol kewanok kegteknek minden iokat nagy io egessegeth.

Az eo Felseghe parancholattyat es az kegtek irasat megh ertettem az Biblia feleol, kyreol eo Felseghenek irtam egy lewelet, az mely lewelnek az massat kegteknek kwldeottem, kyre az mynemw valazt ad eo Felseghe megh kel varnom. Az utan az mitth chelekezyk am meg lattya kegtek. Tarcha megh az Isten kegteket. Datum Agriae, 26. Martii anno 1589.

Solgal[1] knek

Rakocj Sjgmond.

1. Innen Rákóczi kezeirása.

Kivül: Generosis ac egregiis dominis praefecto camerae Scepusiensis, caeterisque consiliariis sacrae caesareae regiaeque maiestatis etc. dominis amicis mihi observandissimis.

Kamarai följegyzés: 29. Martii 1589.

Eredeti, papiroson, vörös viaszba nyomott záró pecséttel. U. o., Repraes., inform. et instan. 1589. Mart.

29.

1589. márc. 29. Kassa.

A szepesi kamara Rákóczi Zsigmondnak a vizsolyi nyomda ügyében kelt levelét Ernő főhercegnek megküldi.

Serenissime princeps.

Mandaverat benigne serenitas vestra clementi suo mandato die 3 currentis mensis Martii ex cancellaria Hungarica edito, ut tipographi cuiusdam profugi typos et libros in oppido Vysol[1] magnifici domini Sigismundi Rakoczi excusos, eiusdem domini Rakoczi auxilio confiscaremus. Abfuit ex bonis suis dominus Rakoczi aliquandiu Agriae existens, quem transmisso clementi serenitatis vestrae mandato, superinde requisiveramus. Hodie ab eo accepimus responsum et simul litteras ad serenitatem vestram scriptas, quas cum praesentibus serenitati vestrae humiliter transmisimus. Deus etc. 29. Martii 1589.

A szöveg mellett a lap szélén: G H S F[2]

1. A leveleskönyvben olvasási hibából: Wyhel.

2. A kamarai taná· s e napi ülésében résztvett Hofmann György és Földváry István kamaratanácsosok nevének kezdőbetűi.

Fogalm. és egykorú hivatalos másolat. U. o. Minutae 1589. és Liber expeditionum 1588—96. fol. 31 v.

Közli: *Dr. Herzog József.*

A Bethlen Gábor irodalmi és nyomdai részvénytársaság 1927. március 20-án tartott közgyülésén a Magyar Protestáns Egyháztörténeti Adattár költségeire 400 pengő (5 millió korona) adományt szavazott meg. Midőn a Bethlen Gábor részvénytársaság vezetőségének ezért a messzetekintő elhatározásáért hálás köszönetünket nyilvánítjuk, kifejezzük azt a reményünket, hogy a példát mások is, intézmények és magánosok utánzásra méltónak tekintik. A befolyó adományokat, felülfizetéseket itt fogjuk nyugtázni.

A Magyar Protestáns Egyháztörténeti Adattár régebbi évfolyamai közül a II.—X. **kötetek** *korlátolt számban még kaphatók.* **Egy-egy kötet ára 1·70 P.**

Megrendelhető régebbi kiadványaink főbizományosánál, **Bethlen Gábor könyvkereskedésnél,** *Budapest, Kálvin-tér 8.*

KÖNYVTÁRAK *kivánságára szivesen nyitjuk meg folyóiratunk hirdetési rovatát ritkább kettős példányaik felsorolására csere viszony létesítése céljából. Azt hisszük, hogy szűkreszabott átalánnyal dolgozó könyvtáraink számára a könyvbeszerzés új módját jelentheti a csereviszonynak általunk felajánlott elfogadása.*

A Magyar Protestáns Irodalmi Társaság tagdija *évi 14 pengő, amelyért havonként a Protestáns Szemle, egy pengő felülfizetéssel évenként négyszer a Magyar Protestáns Egyháztörténeti Adattár jár. Minden pénz a pénztárnokhoz,* **Bendl Henrikhez** *(IV., Deáktér 4.) küldendő.*

KERESSÜK *THÚRY ETELE: ISKOLATÖRTÉNETI ADATTÁR-a két kötetét. Cserébe újabb megjelenésű egyházirodalmi, vagy paedagogiai könyvet ajánlunk föl teljesíthető kivánság szerint. Ajánlatot a Protestáns Szemle kiadóhivatalába (Budapest, Kálvin-tér 8.) kérünk.*

Fölkérjük barátainkat, ha nyomára jutnak köztörténeti, vagy egyháztörténeti forrásanyagnak községek levelesládáiban, padlásain, vagy parochiák iratai között, ne röstelljék figyelmünket egy levelezőlapon fölhivni. Minden ily természetű kérdésben szivesen áll az érdeklődők szolgálatára a Magyar Protestáns Egyháztörténeti Adattár szerkesztője.

A Magyar Protestáns Egyháztörténeti Adattár szerkesztősége **Budapest, Bécsi kapu-tér 4. II.** *alatt van. Közlemények ide küldendők.*

KERTÉSZ JÓZSEF KÖNYVNYOMDÁJA, KARCAG.

1927. 2.—4. sz.

MAGYAR PROTESTÁNS EGYHÁZTÖRTÉNETI ADATTÁR

SZERKESZTI:
ZSINKA FERENC.

XI. ÉVFOLYAM.

E füzet folytatása az április hóban kiadott Magyar Protestáns Egyháztörténeti Adattár első részének, amely nem visel sorszámot. Az ott igért három füzet helyett adjuk ezt az évfolyam záró számot 2—4. sz. jelzéssel. Csupán azok cimére küldöttük el, akik mint tagok a társasági tagdijon felül kivánt 1 pengőt érte megfizették, vagy mint előfizetők az érte járó 4 pengőt a Társaság pénztárába beszolgáltatták.

BUDAPEST.
KIADJA A MAGYAR PROTESTÁNS IRODALMI TÁRSASÁG.
1927.

Tudnivalók

a Magyar Protestáns Irodalmi Társaságról.

A Magyar Protestáns Irodalmi Társaság 1889-ben alakult. Célja ugyanaz volt, ami ma: A magyar szellemi törekvések szolgálata a magyar protestantizmus erői által. Nagyszámu tudományos publikációval, népies és valláserkölcsi kiadványával látta el e fontos szolgálatot. Középponti folyóirata a PROTESTÁNS SZEMLE, mely az alakulástól kezdve folytonosan megjelent a Társulat kiadásában (az 1921—1923. éveket kivéve) és homlokán ezidőszerint a XXXVI. évfolyam jelzése látható.

A Magyar Protestáns Irodalmi Társaság tisztviselőinek névsora:

Lelkészi elnök: Ravasz László.
Világi elnök: Bethlen István gr.
Lelkészi alelnök: Kapi Béla.
Világi alelnök: Kaas Albert báró.
Szerkesztő: Zsinka Ferenc.
Pénztáros: Bendl Henrik.
Ügyész: Fromm Lajos dr.

A M. P. I. T. tagsági dija (ezért a Protestáns Szemle is jár) évenként 14 pengő, előfizetési dij egész évre 16 pengő.

A M. P. I. T. pénztárosa: BENDL HENRIK, Budapest, IV. Deák-tér 4. Mindennemű pénz, a küldemény rendeltetésének feltüntetésével az ő czimére küldendő.

A MAGYAR PROTESTÁNS IRODALMI TÁRSASÁG KIADVÁNYAI

SZERKESZTI:

ZSINKA FERENC.

A TUDOMÁNYOS KÖNYVSOROZAT XXX. KÖTETE.

BUDAPEST, 1927.

MAGYAR PROTESTÁNS EGYHÁZTÖRTÉNETI ADATTÁR

SZERKESZTI:

ZSINKA FERENC.

XI. ÉVFOLYAM.

BUDAPEST,
KIADJA A MAGYAR PROTESTÁNS IRODALMI TÁRSASÁG.
1927.

KERTÉSZ JÓZSEF KÖNYVNYOMDÁJA, KARCAG.

30.

1507. május 14. Buda.

Amadeus Tamás nyitrai főesperes Bakócz Tamás érsek vikáriusa és főtörvényszéki ülnöke az esztergomi egyházmegye Zelchen, Széplak, Waradyan, Tőkésújfalu, Bossány és Koros ekklézsiáinak plébánusaihoz. Tudatja velük, hogy Tőkésújfaluból Péter nemest abban az ügyben, melyet ellene kwassawi Justh András indított, továbbá abban az ügyben, mely Oszwald és Péter között a tőkésújfalvi malom zálog perében fennforgott — az egyházi törvényszék elitélte, de mivel nem engedelmeskedett, kiátkozták, a büntetést egyes helyeken nyilvánosan kihirdették. Azóta azonban Péter fia és örököse Mátyás nemes előterjesztette, hogy atyja az excommunicatio ideje alatt elhalálozott és ő most atyja lelkiüdvéért Justh Andrással minden peres ügyében megbékült és őt kielégítette, amelynek megtörténtét András teljesen elismerte, sőt beleegyezett a megholt Péter feloldozásába is. Mátyás felmutatja Perényi Imre nádor levelét bizonyságul, amely előadja, hogy a megegyezés szerint Mátyás a 354 forint tartozásából 254 forintot lefizetett, a megmaradt 100 forint lefizetésére megnyugtató igéretet tett erős fogadással.

E levél felmutatása után az előterjesztett kérésre az egyházi biróság megengedi és részletesen megszabja a föloldozás módját. Abból indul ki, hogy mivel Péter — mint mondják — a töredelem jeleit mutatta és eleget is tett volna András követelésének és engedett volna az egyháznak is, amit fia Mátyás megcselekedett. Ezért a főesperes az engedelmesség parancsa alatt meghagyja a fönt megirt helységek papjainak, hogy Pétert az excommunicatio, aggravatio és censura alól oldják fel olyképpen, hogy ha a plébánosok mind nem is lehetnek jelen, de legalább közülük kettő vagy három jelenjék meg a temető kapujában, ahol a temetés végbe fog menni, más két, vagy négy pap is csatlakozzék hozzájuk. A temető kapuja elé Péter holttestе énekszó és ünnepélyesség nélkül hozassék elő és tétessék le. A holttestet ekkor körülállván, a papok 7 bűnbánati zsoltárt és litániát mondjanak. Utána a „Sancta Maria ora pro eo, sancte Petre ora pro eo" etc. imát. A litania után mondják el a „Ne reminiscaris" kezdetű antifonet a kyrie eleysonnal és az Uri imával. Végül a papok egyike mondja el a „Soluum fac" kezdetű imát. Utána az „Esto ei domine, Domine exaudi, Dominus vobiscum, Oremus, Praesta quaesumus, Oremus, Deus cui, Oremus, Absoluat te" imák következnek. Végül hintse meg a papok egyike a testet szentelt vizzel és a „Libera me" éneke alatt vigyék a templomba, ahol a temetési szertartás után szokás szerint történjék a végleges temetés.

Thomas Amadeus de sacrorum decretorum doctor, archidiaconus Nitriensis et canonicus in ecclesia [strig]oniensi reverendissimi Christo patris et domini, domini Thomae miseracione divina tituli sancti Martini in montibus sancte Romane Ecclesie presbiteri cardinalis, Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui primatis Hungarie et apostolice sedis legati nati, summique et secretarii aule regie maiestatis cancellarii vicarius in spiritualibus et causarum auditor generalis. Dilectis nobis in Christo, honorabilibus et discretis viris dominis: de Zel-

chen, de Zeeplak, de Waradyan, de Thekeswyfalw. de Bassan et de Koros ecclesiarum parochialium plebanis diocesis Strigoniensis. Qui presentibus fueritis requisiti aut alter vestrum fuerit requisitus, salutem in domino et nostris firmiter obedire mandatis. Noveritis, quod cum nos pridem nobilem Petrum de dicta Thekeswyfalw in causa, quam egregius Andreas Iwsth de kwssaw jamfate diocesis contra ipsum Petrum super quibusdam portionibus possessionariis eiusdem Petri, necnon Oswaldi de dicta Thekeswyfalw, in possessionibus Thekeswyfalw predicta et leech vocatis in comitatu Nitriensi existentibus, necnon molendino in eadem Thekeswyfalw decurrenti apud praefatum Andream Jwsth in et pro trecentis quinquaginta quatuor florenis auri pro pignore habitis rebusque et negociis aliis in actis causae eiuscemodi latius expressatis et illorum occasione, coram nobis et in sede spirituali Strigoniensi moverat vigore literarum nostrarum, aliarum executorialium, contra eundem per nos decretarum ob non solucionem rei judicate et non paricionem earundem litterarum nostrarum, excommunicassemus et excommunicatum aggrauatum et reaggravatum in partibus publice denunciari fecissemus. Tandem die datarum presencium, nobilis Mathias filius et heres pretacti Petri, nostram veniens in presenciam nobis exposuit, qualiter pretactus Petrus genitor suus diebus transactis in eisdem censuris ecclesiasticis vitam finivisset temporalem. Ipseque Mathias tandem desiderio salutis anime dicti condam Petri patris sui super omnibus causis, litibus et controversiis supradictis, cum prelibato Andrea Jwsth composuisset et eundem contentum, ipse eciam Andreas predictum Mathiam et prefatum condam Petrum, patrem suum quittum et absolutum per omnia vicissim reddidisset; ipse quoque Andreas in jamdicti condam Petri defuncti absolutionem consensisset prout ibidem iamfatus Mathias in huiusmodi composicionis concordie et quietacionis verificacionem certas litteras magnifici domini Emerici de Peren, comitis perpetui comitatus Abawywariensis, regni Hungarie palatini et judicis Comanorum superinde confectas et emanatas ostendit nobis et exhibuit huiusmodi sub tenore: Nos Emericus de Peren comes perpetuus comitatus Abawywariensis, regni Hungarie palatinus et judex comanorum, Memorie commendamus per presentes, quod egregius Andreas Jwsth de Kwssaw ab una, ac nobilis Mathias, filius condam Petri de Thekeswyfalw ab alia partibus coram nobis personaliter constituti, idem Andreas Jwsth,

onera et quelibet gravamina Georgii Melchioris, Balthasaris et Andree filiorum, necnon dominarum, Marthe relicte condam Stephani de Apon et Sophie consortis Raphaelis de Chermen filiarum scilicet suarum, Ipse eciam Mathias Johannis et Nicolai fratrum suorum carnalium super se assumendo proposuerunt et sponte confessi sunt in hunc modum, quod licet alias partes inter easdem sed et prefatum condam Petrum eciam patrem scilicet ipsius Mathie racione et pretextu porcionum possessionariarum eiusdem condam Petri necnon Oswaldi de dicta Thekeswyfalw, in possessionibus Thekeswyfalw predicta et leech vocata in comitatu Nitriensi existentibus, necnon molendino in eadem Thekeswyfalw decurrenti, apud praefatum utputa Andream Jwsth in et [pro tr]ecentis quinquaginta quatuor florenis auri pro pignore habitarum et nonnullorum eciam aliorum negociorum tam in sede spirituali, quam seculari [cause] lites et differencie orte fuerint suscitate. Tamen quia nunc [antedi]ctus Mathias de Thekeswyfalw ex premissis trece[ntis et quinquagi]nta quatuor florenis, auri ducentos et quinquaginta quatuor florenos persoluisset, residuos eciam centum florenos auri memorato Andree Jw[sth in] festo circumcisionis domini proxime venturo in Comitatu Nitriensi plenaria persolvere assumpsisset. Ubi idem Andreas Jwsth re[hab]itis ab eodem Mathia de Thekeswyfalw prescriptis centum florenis auri suis exintegro expeditoriam sibi superinde fassionem in capitulo ipso Nitriensi, econverso vel per se, vel per suum legitimum procuratorem facere tenebitur, prout persoluit atque assumpsit coram nobis tali obligaminis vinculo mediante, quod si prefatus Mathias de Thekeswyfalw prescriptos residuos centum florenos auri termino in prescripto eidem Andree Jwsth plenarie pelsolvere nollet, non posset aut non curaret, sew quoquomodo negligeret, extunc idem Andreas Jwsth, mox elapso ipso festo circumcisionis domini, solum vigore presencium mediante, in dominium pretactorum porcionum possessionariarum in prescriptis possessionibus Thekeswyfalw et leech atque molendino habitarum pignoris titulo intraeundi, easdemque rursus pro se occupandi, fructusque et quaslibet utilitates earundem percipiendi et tamdiu ipso titulo pignoris conservandi, donec et quousque sibi de pretactis centum florenis auri suis satisfactum fuerit quoad plenum, plenam atque omnimodam haberet potestatis facultatem. Talimodo, ut dum et quando jamfatus Mathias et sui successores pretactas porciones possessionarias sed et dicti molendini ab eodem

Andrea Justh redimere voluerint, extunc idem Andreas Jwsth rehabitis prius prescriptis centum florenis auri suis, exintegro easdem porciones eidem et suis successoribus absque omni litigionario processu remittere teneretur, assumpmendo, nichilominus hoc facto jamfatus Mathias de Thekeswyfalw, eundem infra tempus redempcionis earum propriis suis laboribus et expensis in pacifico dominio earundem contra quoslibet impetitores tueri et conservare, ideo ipse Andreas Jwsth superinde ad plenum contentus, memoratum Mathiam de Thekeswyfalw de et super prescriptis ducentis quinquaginta quatuor florenis auri et earum plenaria solucione quittum, expeditum et modis omnibus absolutum reddendo et committendo, antememoratas porciones possessionarias sed et dicti molendini exnunc eidem Mathie de Thekeswyfalw exintegro remisit et resignavit. [Ce]terum cupientes partes prelibate in bona pacis per amplius tranquilitate perseverare, sese mutuo et alternatim de et super omnibus causis litibusque et differenciis ac controversiis ubilibet tam in sede spirituali, quam seculari hucusque contra alterutrum sed et prelibatum eciam Petrum patrem ipsius Mathie ex utraque parte quomodocumque et qualitercunque ac racione et pretextu quoruncunque negociorum motis et suscitatis atque vertentibus eas utputa in toto et per omnia sopiri et condescendi, faciendo universas eciam litteras superinde causales cassas et viribus destitutas, relinquendo preterea eciam super illa fassione et inscripcione, quam alias condam Laurencius, filius dicti Oswaldi de Thekeswyfalw ipsi Andree Justh fecisse perhibetur et super universis earundem continenciis clausulisque et articulis de eis utputa omnibus memorato Andree Jwsth omnimodam satifaccionem impendendo, litteras eciam superinde emanatas similiter cassando et anullando quittos expeditos et modis omnibus absolutos reddiderunt et commiserunt similiter coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude in vigilia festi beatorum Simonis et Jude apostolorum, anno domini millesimo quingentesimo sexto. Post quarum quidem litterarum preinsertarum ostensionem et exhibicionem ac illarum recepcionem et leccionem nobis ut premittitur et per nos factas supplicavit nobis jamdictus Mathias filius, heresque et successor antedicti condam Petri ut prefertur in excommunicacione decedentis humiliter, ut nos quoque funus eiusdem condam Petri patris sui quominus ecclesiastica sepultura careret, sew eius animam a predicta excommu-

nicacionis sentencia et aliis censuris ecclesiasticis in ipsam racionem pretacte cause latis, auctoritate nostra et sancte matris ecclesie absolvere et absolucionem dare dignaremur. Nos vero supplicacionibus pretacti Mathie veluti iustis intenti, attendentes eciam, quod dictus condam Petrus, genitor suus in quo ut asseritur signa contricionis et penitencie apparebant nisi articulo necessitatis sed et .... tus prefato Andree satisfecisset et ecclesie paruisset mandatis quodque jam idem Andreas racione huius cause foret ad plenum contentus et ..... prefatum Mathiam quietavit et absoluit ut lacius in preinsertis litteris composicionalibus continetur. Ideo nos ..... a... censura ..... decrevimus et decernimus esse absolvendum et absolucion[em] eidem .... duximus committendum. Quocirca vestris discrecionibus harum serie in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena committimus, quatinus acceptis presentibus ac dum et quando cum presentibus fueritis requisiti, predictum condam Petrum a predictis excommunicacione, aggravacione et censura absolvatis auctoritate nostra hoc modo, puta ut vos domini ecclesiarum plebani supradicti si omnes interesse poteritis alias duo, vel tres ex vobis ad fores cimiterii ubi funus dicti condam Petri sepulture tradetur, cum aliis duobus vel quatuor sacerdotibus, quos vos auctoritate nostra conjungatis accedatis, et illuc ante fores cimiterii illud funus dicti condam Petri sine tamen cantu aut alia solempnitate deferatur et deponatur ibique vos sacerdotes circumstantes funus, septem psalmos penitenciales cum letania perlegatis dicendo Sancta Maria ora pro eo, sancte Petre ora pro eo etc. Tandem finita letania, dicatis antephonam Ne reminiscaris etc. cum kyryeleyson et oracione dominica. Tandem unus ex vobis dicat has preces: Salvum fac servum tuum domine deus meus sperantem in te, Nihil proficiat in eo inimicus etc. Esto ei domine etc. Domine exaudi oracionem etc. Dominus vobiscum etc. Oremus, Presta quesumus domine huic famulo omnium peccatorum veniam, ut qui censuris ecclesiasticis ligatus preventus morte decessit, tua clemencia, per nostrum ministerium dignetur misericorditer absoluere per Christum, dominum nostrum, Oremus. Deus cui proprium est misereri semper et parcere, suscipe deprecacionem nostram, ut hoc funus cum anima censuris ecclesiasticis ligatum miseracio tue pietatis absolvat per Christum dominum nostrum. Oremus. Absolvat te dominus noster Jesus Christus et ego auctoritate eiusdem domini

nostri Jesu Christi ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius ac superioris mihi in hac parte concessa et eciam sacerdotali, qua tungor, absolvo te cum anima tua a censuris ecclesiasticis, quibus ligatus fueras vivens et restituo te ecclesiastice sepulture et communioni fidelium, ut sis absolutus coram deo et angelis eius per eum qui vivit et regnat cum deo patre et spiritu sancto per omnia secula seculorum amen. Tandem aspergatur aqua Benedicta et cum cantu Libera me, deducatur funus in ecclesiam et factis exsequiis tradatur sepulture ut moris est presentes exhibenti restituendo. Datum Bude decima quarta die mensis May, Anno domini Millesimo quingentesimo septimo. Benedictus de alsozegedy notarius m. p. Idem Thomas amadeus vicarius spiritualis m. p.

Kivül: Qualiter tradatur sepulture corpus eius, qui in excommunicacione mortuus est.

Eredeti papiroklevél, a rányomott vörös pecsét letöredezett. Több helyen vizfoltos és szakadozott. Nemzeti Múzeum. Syrmiensis-Szulyovszky cs. levéltára.

31.

1525. julius 29. Esztergom.

Nyási Demeter, az esztergomi érsek vikariusa és ügyigazgatója a honti dézsmakés (cultellus) plébánusaihoz. Gondjukba ajánlja az esztergomi káptalani jövedelmek dézsmaszedőit. Felszólítja a papokat, hogy alantasaikat kényszerítsék a dézsmára, három napi kiközösítés büntetésének vinculuma alatt, mindaddig, mig a fizetséget le nem rójják. Az így kiközösítettek csak az ő, vagy a felsőbb hatóság engedélyével oldozhatók föl.

Demetrius de Nyas d[octo]r, dei et apostolice sedis gracia episcopus sanctuariensis, reverendique in Christo patris et domini, domini Ladislai, miseracione divina archiepiscopi ecclesie Strigoniensis locique eiusdem comitis perpetui ac summi et secretarii cancellarii regie maiestatis, primatis Hungarie et apostolice sedis legati nati etc. in pontificalibus et spiritualibus vicarius et causarum auditor generalis, dilectis nobis in Christo honorabilibus et discretis viris universis et singulis dominis ecclesiarum parochialium plebanis in et sub diocesi et iurisdiccione spirituali Strigoniensi et presertim in comitatu sew cultello decimacionis Honthensis ubilibet constitutis et existentibus, qui cum presentibus fueritis requisiti, aut alter vestrum fuerit requisitus, salutem in domino et nostris firmiter obedire

mandatis. Quia venerabile capitulum ac honorabiles domini canonici diete ecclesie Strigoniensis pro dicandis connumerandisque et exigendis universis et singulis decimis : frugum, vinorum, bladorum, apum et aliarum rerum decimari solitarum in anno presenti de et ex dicto comitatu seu cultello, decimacionis Honthensis et eius pertinentis, mense eorum capitulari provenire debenti hos homines et decimatores suos presencium scilicet ostensores deputarunt et transmiserunt. Idcirco discrecioni vestre insolidum in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos et vestrum quemlibet huiusmodi mandatum nostrum exequi recusantes seu recusantem trium dierum canonica monicione (sic: Moniconicione) premissa, a die exhibicionis presencium vobis seriem computando ferimus in his scriptis districte precipiendo committimus et mandamus, quatinus acceptis presentibus ac dum et quando prefati decimatores pro dicandis connumerandisque et exigendis huiusmodi decimis sub testimonio presencium in vestri ac vestrorum parochianorum medium accesserint, extunc eos et eorum quemlibet charitative suscipite, vestrosque parochianos ex parte nostra diligenter moneatis et requiratis, quos et nos harum serie sic requirimus et monemus, ut ipsi prefatas decimas eisdem decimatoribus presencium scilicet ostensoribus libere et pacifice dicare et connumerare permittant, dicatasque et connumeratas de medio ipsorum eisdem decimatoribus cum omni integritate exolvere et extradare debeant et teneantur. Qui si id fecerint benequidem; alioquin nos in eosdem parochianos vestros in hac parte rebelles et contradictores interdictum ecclesiasticum trium dierum canonica monicione premissa, quem terminum ipsis et eorum cuilibet peremptorium assignamus, ferimus in his scriptis; Quod quidem interdictum vos lapsis huiusmodi tribus diebus, eisdem vestris parochianis ut premittitur in hac parte rebellibus et contumacibus impon[a]tis et impositum in forma ecclesie consueta firmiter observetis et faciatis observari tamdiu donec et quousque non [praefatas] decimas dictis decimatoribus dicare permiserint et di[ca]tas persolverint cum effectu dedictique ecclesiastici interdicti elaxacione, quam nobis, vel superiori nostro tantummodo reservamus, vobis constiterit evidenter, insuper quoscunque iidem decimatores ex dictis vestris parochianis pretextu non solucionis dictarum decimarum, aut perturbacionis, seu impedimenti ipsis in eorum processu illati vos citandos nominaverunt illos tociens quociens opus fuerit, ad

instanciam prefatorum decimatorum in nostram peremptoriam citetis presenciam, semper ad terminum competentem eisdem decimatoribus, aut eorum legittimo procuratore super premissis de iure responsuram a nobisque dicte iusticie complementum recepturam, usque ad sentenciam diffinitam inclusive certificandam. eosdem sic citatos, quod sive ipsi in huiusmodi citacionis termino Strigonii coram nobis in iudicio compareant sive non. ipsis ulterius non ibi in partibus, sed per edictum in foribus huius alme ecclesie Strigoniensis more solito, publice citatis ad partis coram nobis comparendo, iusticiam in causa et causis huiusmodi prout iuris fuerit ad ulteriora procedemus alterius partis absencia, vel contumacia in aliquo non obstante. Et tandem seriem huiusmodi vestre citacionis cum nominibus et cognominibus citatorum ac quicquid in premissis feceritis nobis suomodo conscienciose rescribatis, presentes in specie remittendo. Datum Strigonii vigesima nonà die mensis Julii, anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto Anthonius de Kayar notarius.

Papiros oklevél, a pecsétnek csak a helye van meg. Nemzeti Múzeum levéltára; Kubinyi család kóvári ágának levéltára.

32.

1526. junius 11. Buda.

II. Lajos király Báthori György főlovászmesterhez. A Báthori György és Mihály somogyi apát között fennálló birtokperben az apát kérésére Thuróczi Miklós personalist és Wárdai Tamás országbirói itélőmestert küldte ki az ügy megvizsgálására. Meglepetéssel értesül az uralkodó, hogy Báthori az ügy felülvizsgálatába nem egyezett bele. Ezért, mivel a hadikészülődés miatt a döntést távolabbi terminusra kell halasztani, a döntésig az apátot és birtokát oltalmába fogadja és megparancsolja Báthorinak, hogy Mihály apát és birtoka ellen semmi támadást ne indítson.

Ludovicus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. Fideli nostro Magnifico Georgio de Bathor, agazonum nostrorum regalium magistro ac comiti comitatus Simigiensis, salutem et graciam. Scitis quale negocium est inter vos ab una ac fidelem nostrum venerabilem et religiosum fratrem Michaelem Abbatem Simigiensem ab altera partibus, pro quo idem sepe in publico consilio querelas deposuit et supplicavit Maiestati nostre de iudicio faciendo et iusticia administranda, quod cum non licuisses eidem negare, deputaveramus fideles nostros egregios magistros,

Nicolaum de Thwrocz, personalis presencie nostre locumtenentem, et Thomam de Warda, judicis curie nostre prothonotarium, ad cognicionem et revisionem omnium differenciarum inter vos et eundem abbatem vertencium et id eciam in responso dari iam feceramus. Verum ut intelleximus vos hoc ipsum minime acceptassetis, sed huiusmodi revisionem voluissetis in aliud tempus reiici. Miramur cur id non acceptaveritis, cum qui iudicium petit, equum iustumque petat. Quia tamen presens expedicio urget, admisimus nosquoque, ut revisio prescriptarum differenciarum in tempus commodius prorogetur. Ne autem per hanc dilacionem prefatus Abbas a vobis aliquid iniuriarum et damni accipiat, statuimus eundem et ecclesiam suam simulcum universis bonis suis in nostram regiam recipere proteccionem; prout eciam recipimus per presentes. Quare fidelitati vestre harum serie mandamus firmissime, quatinus interea temporis, donec revisio differenciarum inter vos et predictum Abbatem fieri poterit, eidem nullum damnum, nullamque iniuriam faciatis inferri, sed vos et vestros ab omni eius et bonorum ecclesie sue offensa atque damnificacione continere debeatis. Nam si quid contra huiusmodi mandatum nostrum facere attentaveritis, certo sciatis, quod vobis non obaudiemus, sed eundem abbatem contra vos, modis omnibus defendemus. Secus igitur nullo modo facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, in die beati Barnabe Apostoli, Anno domini, millesimo quingentesimo vigesimo sexto. Ludovicus rex manu propria.

A királyi pecsétnek csak a helye van meg; Nemzeti Múzeum. Ivánka család levéltára.

33.

1526. junius 17. Buda.

II. Lajos király pápai jóváhagyás mellett meghagyja az esztergomi és nyitrai egyházmegyék területén levő összes káptalanoknak és szerzetesrendeknek, várnagyoknak, nemeseknek, városoknak, falvaknak stb., hogy pénzkészletük és templomi arany ezüst felszereléseik felét a török elleni hadjárat költségeire János prépost, budai főesperes és nagylucsei Dóczy Ferencz királyi biztosok kezéhez szolgáltassák be; biztosítván őket, hogy a királyi kincstár az elvett értékeket a hadjárat befejezése után vissza fogja téríteni.

Jelentéktelen szórendi különbség leszámításával teljesen azonos azzal az oklevéllel, amelyet az Egyh. tört. Eml. szerkesztői az I. 267-69. ll. Pray és Katona után közölnek. Ott azonban Csáky Mihály és Serédy Gáspár a biztosok s az oklevél a váradi egyházmegyéhez szól,

Az eredetiről vett hiteles, egykorú másolat. A hitelességet András deák, a biztosok jegyzője igazolja. Két rányomott gyűrüspecséttel. A datálásnál az évjelzésből kimaradt a „vigesimo" számjelzés. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

34.

1531. junius 25. Prága.

Ferdinánd király értesíti a kassaiakat, hogy az elhalt Bathyni Miklós szepesi kanonok javadalmát Macedoniai Lászlónak adományozta. Felszólítja a várost, hogy a Somoghy nevű birtokot, amely ehhez a javadalomhoz tartozik, s amelyet ők — bár isteni jog ellenére van azt elvenni, ami eleve az Isten tiszteletére van rendelve — elfoglalva tartanak, Macedoniai Lászlónak vonakodás nélkül adják kezébe.

Ferdinandus divina favente clemencia Romanorum, Hungarie, Boemie etc rex semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. fidelibus nostris, prudentibus et circumspectis magistro civium, judici et juratis civibus civitatis nostre Cassoviensis, salutem et graciam. Quum nos superioribus diebus, mortuo quondam magistro Nicolao de Bathyn lectore et canonico ecclesie Scepusiensis, beneficium suum simulcum capella comitum Scepusiensium fideli nostro, reverendo Ladislao de Macedonya, electo ecclesie Waradiensis, consiliario nostro dedimus et contulimus, ut eo adiutus comodius in curia nostra perseverare queat. Intelligimus autem vos quandam possessionem ad capellam comitum Scepusiensium preedictam pertinentem Somoghy vocatam, occupasse et tenere penes vos et modo occupatam, quod facere minime debebatis. Quandoquidem non ignoratis contra ius divinum fore ea adimere, que semel ad Dei cultum sunt deputata. Committimus igitur vobis firmiter, ut possessionem Somoghy dicto Ladislao de Macedonya, vel homini suo, quem illo cum presentibus miserit, sine ulla vestra tergiversacione reddere et resignare debeatis. Alioqui dedimus facultatem fidelibus nostris reverendo Emerico Bebek, preposito ecclesie Albensis, consiliario nostro a magnifico Francisco, comiti comitatus Gewmeriensis, eam possessionem et renitentibus vobis de manibus vestris excipiendam et ipsi Ladislao Macedonyay restituendi. Secus igitur nulla racione presumatis: presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Arce nostra Pragensi, dominico die post festum Nativitatis sancti Joannis baptiste. Anno domini

Millesimo quingentesimo tricesimo primo. Ferdinandus. — wylaky —

Papirba nyomott királyi gyűrűspecsét, Nemzeti Múzeum. Szirmay cs. lt.

35.

1531. szeptember 29. Kassa.

György közjegyző Mihály kalocsai prépost előtt Kapi György kívánságára tanuvallomást vesz ki Sennyei Kristóf ellen, néhai felesége Luca asszony végrendeletének hitelessége felől. A két tanu Gergely pap, előbb lapispataki, majd a kassai Szentmihály szentély lelkésze, és János, előbb lapispataki, majd budaméri iskolamester. Mindkettő azt vallotta, hogy Luca asszony, bár férje erőltette, nem tett testamentumot, mivel testamentomosai, Kapi Miklós és László nem voltak jelen.

In nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo quingentesimo tricesimo primo. Indicione quarta, vigesima nona die mensis septembris, hora nona, vel quasi ante meridiem, in civitate Cassoviensi, in domo dominorum capitularium Agriensium, dioecesis eiusdem, pontificatus autem Sanctissimi in Christo patris et domini, domini Clementis, miseracione divina eius nominis pape septimi, anno eius nono, coram reverendo, domino Michele, domino preposito Colocensi, vicario ecclesie Agriensis, in mei notarii presencia personaliter constitutus. Egregius dominus Georgius de Kapi dioecesis predicte omnibus melioribus: modo, via, jure, causa et forma, quibus melius et efficatius debuit ac potuit, ordinavit atque statuit suos veros et legittimos testes, contra et adversus egregium Cristophorum Szegnei de lapispathak, racione testamentalis legacionis seu condicionis testamenti domine Lucie, consortis sue felicis memorie honorabilem videlicet Gregorium presbiterum, alias plebanum de lapispathak, nunc vero capellarium sacelli sancti Michaelis in cimeterio parochialis ecclesie Cassovie fundati, ac discretum Joannem literatum alias rectorem schole de eadem Lapispathak, ex nunc vero in Budameer scholasticum, viros probos et honestos, et primus fassus est in hunc modum citatus, juratus et diligenter examinatus: quod quum ipse circa annum domini millesimum quingentesimum tricesimum plebanus esset in dicta Lapispathak, predicta domina Lucia egrotans, quodam vesperi causa sacramentorum administrandorum fuisset vocatus in curiam, simul cum predicto Jo-

anne literato, tunc ut premissum est rectore schole de eadem, cumtandem idem egregius Christophorus szegnei verbis linitinis et amorosis cepisset ipsam dominam Luciam, consortem suam, de testamento condendo sine intromissione sollicitare, cumque illa mariti impacienciam diucius ferre non posset, interrogavit (tenebre enim assidentes celaverant) quinam ibi essent, cumque intellexisset et verbis mariti illic esse E[gregium] Anthonium Szegnyei, fratrem germanum mariti sui, cum his duobus predictis testibus: ipsam respondisse dicit, non video adesse meos testamentarios, quibus ipsa deberem condere testamentum, videlicet egregiorum Nicolai ac Ladislai de Kapi relictas, quibus animus est mihi testamentum condere. Hoc dicto dicit illam ad parietem versam, et nullum aliud testamentum ipsam fecisse audisset. Secundus testis predictus Johannes literatus fassus est, ut primus. Hoc cum adiuncto, quod simpliciter predictas duas E[gregias] dominas dicta domina Lucia reliquerit testamentarias et exequutrices suas ultima eius voluntate. Acta sunt hec et facta anno indiccione mense, die, hora, loco et pontificatu, quibus supra. Coram predicto reverendo domino vicario, tamquam iudice ad testes recipiendo et audiendo, ordinario et generali.

Et ego Georgius literatus, natus Ladislaus thardus Heyczeh agriensis dioecesis publicus sacri et imperiali authoritate notarius, quod predictis fassionibus testium presens interfui, eaque omnia sic narrari audivi coram eodem domino vicario. Ideo hoc presens publicum instrumentum manu propria scriptum inde confeci. Et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis, hic subscripti in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum requisitus et rogatus.

Eredeti pergamen oklevél, a közjegyzői kézjeggyel. Nemzeti Múzeum könyvtára. Kapy család levéltára.

36.

1538. február 17. Wittenberg.

Stöckel Lénárt a bártfaiakhoz. A bártfaiak meghivását, hogy az ifjuság oktatását vállalja el és azonnal induljon hazafelé, kénytelen magától elháritani, mert tanulmányait nem fejezte be teljesen. Az a meggondolás vezeti, hogy hazájának minél többet szolgálhasson, hogy néhai atyjának ne csupán nevét viselje, hanem tettével is öregbitse jó hirét; továbbá testvérének Péternek tanulása fölött is őrködnie kell. Hasonló

okokból a hazamenetel felől halasztást és pártfogóinak további támogatását kéri.

Meyne gantz willige, vnterthenige Dienste zuvor. Namhafftige Ersame vnnd weyse, meyne günstige liebe Herrnn. Ewer E[uer] w[ürde] schreybenn, durch zeiger dis brieffs an mich aus sonderm geneigtenn willenn gefertiget, habe ich on allenn vertzug vberlesenn, vnnd so viel daraus vernomenn, als wölle, gemeiner nutz meines vaterlands, welchem ich vonn hertzenn geneigt bin, erfordernn, mich dahin vonn hinne auffs schierst zu begebenn, vnnd gemeiner stadt Iugent mich an zunemenn. Hierumb ich E. W. beyde meinenn willenn vnnd vermügenn hierinn an zuzeygenn gedacht darnach sich E. W. zu richtenn habenn. Dann als bald angesichts des brieffs ewerm beger nach mich auff zu machenn, ist mir nach gelegenheyt meyner sachenn auff dis mal vnmüglich gewest, wie E. W. selbst leichtlich abnehmenn vnnd bedenckenn mügen. Was nu meynenn willenn belangt, hab ich vonn Jugent auff alle meine gedanckenn dahin gerichtet, das ich ein mal ein nützlich glied meines liebenn vaterlandts werdenn möchte. Daran ich mich keinenn sawernn windt nach (!) yrgent ein Hindernus, so mir mancherley fürgefallenn hab yrren lassenn. Dann ich bin ye auffs wenigst vier mal fast gar vonn meinem studierenn komenn vnd leute gehabt, die mich daruon, nicht darzu hieltenn, nach bin ich vonn gotes gnaden allwegen widerumb auff meine fürgenomene strasse geradtenn vnnd endtlich keine rhue gehabt bis so lang ich den ort, dahin der lere vnnd leute halbenn sich mein Hertz allezeyt gesehnet, erlangt hab, vnnd mich des selben bis auff die Zeyt, nach meinem geringenn verstandt on alle meiner freunde vnnd verwandten beschwerung vnnd doch nicht mit geringer vnkost gebrauchet. Wann ich nu etwas anders, dann oben gemeldet, gesucht hette, wolte ich solches alles wol vmbgangen, vnnd mich anders one grosse müe vnnd arbeyt versehenn habenn. Aber dahin stund all mein synn, das ich mit der Zeyt neben andern meinen mitbürgernn mit ehrenn sein künde. Dachte auch, wie ich nach thue, meinem liebenn vater, seliger gedechtnus, welcher es mit gemeiner stadt gantz treulich vnnd gut gemeynet, nicht allein mit dem namenn, sondern auch mit der that, so viel ich erreichenn kündt, nach zu folgenn. Vnnd was solte ich mehr thun, dann das ich nicht content gewest für mein eigne person mein vaterlandt mit allem fleis, wie recht vnnd billich, zu bedenckenn, sondern hab auch

meinen bruder Petern neben mir fürgenomenn dahin zu haltenn, vnnd zu wegenn bracht, das er bey mir mit lere vnnd teglicher notdurfft besser, dann ich anfengklich wahr, versehenn ist. Hieraus vnnd aus vielenn andern stückenn, die ich vmb kürtze willenn vnterlasse unnd E. W. weyter zu bedencken Heimstelle, habenn E. W. leichtlich ab zu nehmen, wie mein Hertz, wille vnnd gedancken alle zeyt dahin gestandenn sindt, vnnd nach stehn, domit ich, unangesehenn yrgent einen nutz oder schadenn an gut, leib vnnd lebenn, einer gemein, wo es die not erforderte, got gebe es wehre viel oder wenig, das ich vermöchte, förderlich vnnd dienstlich sein künde. Unnd dis hab ich erstlich E. W, meynen willenn belangend antzeigenn wöllenn, daran E. W. nichts zu zweiffeln habenn. Wiewol nu zu allen, das wir fürhabenn vber vnsern willenn nach zwey stück gehörenn, sol es anders yns werck komenn, vnnd geradtenn, nemlich das es vber vnser vermügenn nicht sey, vnnd das got glück dar zu verleyhe, so wil ich doch das letzte ynn meinem gebet, da es hin gehőret, steckenn vnnd bleybenn lassenn, vnnd got dem almechtigen, was er gebenn wir befehlenn. Wann ich nur auch das dritte stück auff dis mal so eylendt hette erlangen, vnnd vonn hinne komenn künnen, wolte ich E. W. on alle widerrede ewers begerens gewehret habenn. Nu werdenn E. W. des halbenn auch vonn dem achtbarnn vnnd hochgelertenn Herrn Magistro Philippo Melanchthone, meinem liebenn preceptore weytern bericht empfahenn, welcher sich vonn yhm selbst erbotenn hat an E. W. zu schreybenn, vnnd sich der sachenn, als wehre sie sein eigenn angenomen. So bin ich one das alhie mit dienst verhafftet, aus welchem ich mich vielleicht noch hette wircken künnen, die weil ich meinem vaterlandt neher verwandt bin, aber die leute, denen ich diene, hettenn ehe unsere Herrnn der vniversitet zu hülff genomenn, bey denenn sie sich wol vermügenn, ehe sie mich für der zeyt, die ich yhnenn Zugesagt, ziehenn liessenn, wie dann E. W. vielleicht auch thetenn, wann ich yhn so nahe wege (?) Derhalben hab ich auff dis mal keinen andernn radt wissen zu findenn, domit ich E. W. schreybenn nachkeme , dann das ich einenn andern, darzu vermöchte, mit welchem die liebe Jugent, so E. W. vnter sich habenn, ebenn so wol als mit mir versehenn, vnnd E. W. zu friedenn, als ich gütter hoffnung bin, gestellet wehre, als nemlich Magistrum Bartholomeum Wolffium, welcher sich auff mein antragenn vnnd ehege-

dachtenn dieser löblichenn Universitet fürstehers, des Herrnn Magistri Philippi Melanchthonis Radt vnnd willenn vmb eine ehrliche besoldung wil gebrauchenn lassenn. Ist hiemit meine vnterthenige bit, E. W. wollen yhn den selben vnnd mich lassenn befolenn, vnnd vnsere günstige Herrnn vnnd forderer seynn. Solchs nach allem meinem vermügenn Inn vnterthenigkeyt zu verschuldenn wil ich mich alle zeyt vnverdrossenn findenn lassenn, vnnd E. W. sampt dem gantzenn regiment hiemit got dem allmechtigenn ynn allenn gnaden befolenn habenn.

Gebenn zu Witeberg am 17 tag des monats februarii im Jar nach vnsers Herrnn Christj geburt 1538.

E. W.
vntertheniger
Leonhart Stöckel.

Kívül: Den Namhafftigenn Erbarn vnnd Weisenn Richter, Radt vnnd Gemeine der Stadt Bartpha, Meynenn besonder günstigen lieben Herrnn.

Eredeti, papiron Stöckel Lénárt pecsétjével. Nemzeti Muzeum levéltára. Törzsanyag.

37.

1539. — Bécs.

Amade Lénárt bécsi tanuló atyjához. Atyja izeneteire reflectálva, az utóiratban megemliti, hogy tanulása nem halad sikeresen előre tanitó nélkül, mert szükséges volna, hogy az általa hallgatott leczkéket valaki anyanyelvére is leforditsa számára. Várja atyja válaszát, hogy tarthat-e maga mellett paedagogust?

Egregie domine ac pater charissime D(ominacio) v(estra) quod illum Petrum servum vestrum ad me misit ut me invisitaret et preceptori pecuniam restitueret quam ad me pro usu necessario ex posuit et d. v. iussit illi quod d. v. emeret decem salia et ipse emit floreno sal et medium florenum illi restituit et cum medio floreno ille abivit et saliator altero die ad me accessit et mihi indicavit, ut preceptorem meum debens rogari ut illi restitueret medium aureum et preceptori meo postea d. v. deberet restituere hunc medium aureum, valeat d. v. et me amet. Datum vienne Austrie ex aula universitatis 1539.

Credo quod dictum sit d. v. per egregium canonicum posoniensem ac eciam per dominum Matheum a verbis

meis, quod non satis feliciter procedit studium meum absque pedagogo, lecciones enim quas audio, esset opus, ut aliquis nativa lingua interpretaretur mihi. Igitur rogo v. d. quod scribat mihi eciam de ea re ac ut opera domini egregii Mathei habere possim pedagogum.

Leonhardus Amade
filius vester charissimus.

Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

38.

1539. szeptember 24. Pozsony.

Várday Pál esztergomi érsek a Komárom megye területén levő egyháziaknak. Bár egyizben utasitotta őket, hogy a dézsmából járó negyedet számbavételre juttassák el Oláh Miklós, a törvényes komáromi főesperes emberei kezébe, ezuttal azonban a gr. Salm Miklóssal történt megállapodás értelmében az ő tizedszedőire bizta a behajtást. Ezért az engedelmesség erejénél fogva meghagyja, hogy a plébánosnak járó tizenhatod kivételével, úgy a dézsmát, mint negyedét azoknak kezeihez fizessék.

Paulus de Warda Archiepiscopus ecclesie Strigoniensis, primas Hungarie, legatus natus, summus cancellarius Regie Maiestatis etc. Universis et singulis honorabilibus, Vicearchidiaconis et ecclesiarum parrochialium plebanis, eorumque capellanis in et sub diocesi et jurisdiccione nostra in comitatu Comaroniensi ubivis constitutis et existentibus, nobis in Christo dilectis. Salutem in domino sempiternam et nostris firmiter obedire mandatis. Licet per alias litteras nostras commiserimus et mandaverimus vobis et vestrum cuilibet, quatenus quartas integras ex decimis istius comitatus ad manus hominum reverendi domini Nicolai Olah custodis Albensis, et archidiaconi Comaroniensis, ac secretarii et consiliarii regii tamquam archidiaconi legitimi per parochianos vestros dandas curare et per predictos homines connumerandas permitti facere deberetis. Ex concordia tamen cum prefato domino Nicolao inita, quartas predictas simulcum decimis Magnifico et Generoso Domino Nicolao comiti de Salm et Newburg, vel ipsius decimatoribus colligendas et percipiendas (quod et ex ipsius domini Nicolai Olah litteris vobis simul cum presentibus nostris exhibentibus constare poterit) permisimus. Quocirca vobis et vestrum cuilibet in virtute sancte obediencie, et sub excommunicacionis late sentencie pena

committimus et mandamus, ut eosdem decimatores benevole suscipere vestrosque parochianos diligenter admonere debeatis, quatenus omnes et singuli decimas unacum quartis predictis, (retenta tamen vobis sedecima plebani) absque omni contradiccione extradare et de eis integre penis sub predictis satisfacere debeant et teneantur. Presentibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum Posonii vigesima quarta septembris, Anno domini Millesimo quingentesimo trigesimo nono. Paulus archiepiscopus Strigoniensis, manupropria.

Eredeti papiros oklevél, papirba nyomott pecséttel. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

39.

1540. április 17. Zahn.

Staudacher Zsigmond levele Selmecz város tanácsához.

Örül azon, hogy az ifjuságra gondjuk van. Abban is készséggel segitségükre lesz, hogy az övéik közül neveltessenek ki embereket az isteni szolgálatra. Melanchthon Fülöp tanácsát akarta kikérni, de nem volt otthon, ezért más magisterekkel tárgyalt arról, hogy kit küldjön iskolájukba tanitóul. Valami ügyes latin és görög készültségü embert szeretett volna kapni, de Melanchthon tanácsa nélkül senki sem indul el olyan messzi és veszélyes országba, mert félnek a török veszedelemtől is. Némelyek ajánlják neki Weissenhaim Jánost, kit ő személyesen nem ismer, de mert jót mondanak felőle és más ezidőszerint nem találkozik, egy fél vagy egy negyed évig megpróbálkozhatnak vele. Kéri azonban, hogy kárára semmiképpen ne legyenek az iskola mesterek, hanem költségeit téritsék meg.

Die Gnad vnnd der Frid gottes Vatters durch Jesum Christum

Vnsern Herren sey mit vnns allen amen.

Namhafftig Ersam Weyß frewndtlich lieben Hern. Ich hab Ewr Christlich beger vnnd sorg für die Jugent hertzlich gern vernommen, Wolt euch auch darin mit allem fleyß gern gehilflich sein damit yr auß den Ewrn auch lewt Erziehen khundt die man mit der Zeyt zur göttlich veren furdernuß vnnd predigambt gebrauchen möcht, oder sunst zw furdernuß Christlich regiment. Ich hiet gern wollen des herrn Philip Melachthon radt darinn pflegen, der ist nit Eynhaymisch ; der verschickt sünst gemainiklich sölche lewt zur schuelen vnnd auch predigambt. Hab ich yn seine abwesen mit andern Magistern vnnd lectoren gehandlet, hiet gern Ewrsgeuallen nach, ainem (!) geschickten, latein vnnd grecisch gelerten man bekhommen, aber es wil sich

in abwesens philippi Auch sunst khainer gern in so weytte vnnd geferliche lande des Türckhen halben begeben, den sy haben schier hiezwlandt wollen vor dem Türckhen fürchten doch mer vor dem Ro. Khäyser, wie wol man yezundt, got sey lob, von guetten fridt höret, des auch yr in hungern als man hofft geniessen werdt. Nach allen ist mir angezaygt worden, Johannes Weyssenham. (?) Doch als ich acht euch wel bekhandt, dy weyl mir aber der selb vnbekhandt ist, hab ich sein erlich Erbietten angesehen den er vermaint guetten fleisz zw habn vnnd der schuel trewlich vorsein, den wil ich Ewch frewndtlich beuolhen haben, die weyl ich dißmal khaine anderen hab haben khunnen, yr mögt ain quattenber (?) oder halb Jar mit ym versuechn, vnnd er mit euch, vnnd Wasz euch darnach auff bayden taylen guett dunckht mit einander freundtlich handlen; wo aber yr euch mit ainem andern nach ewrem bedenckhen besser weslet zu versorgen. Ist deren so mir yn angezeygt haben vnnd mein fleyssig bit an euch wöllet genanten Johannes am schaden nit lassen, sondernn ym sein mue vnnd zerung erstatten vnnd weytter wo yr khundt fürderlich sein, hiemit wasz euch lieb vnnd dienst ist. Datum Zaan den 17. apprilis des 40 Jars Sigmundt Staudacher Etwen Ewr diener

Túloldalon: Den Namhafften Ersamen weysen Herrn Richter vnnd Radtman der Stadt Schemnitz Meinen frewndtlichen etc...

Guimern (?)

Más egykoru kézirással: 17 april Hern Magistry Sigismundy Staudachers promotzion dem Joa[n] Schulmeister geben 1540. Iskolatörténeti adatait fölhasználta Fraknói: A hazai és külföldi iskolázás a XVI. században cz. müvében 150. l. 1. jegyz.

Zöld zárópecsét nyomaival Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

40.

1540. szeptember 14. Bécsujhely.

I. Ferdinánd király a váczi püspökséget Perényi Péter érdeméért minden tartozékával mint alkalmas személynek, fiának Perényi Miklósnak adja, kikötve, hogy a szokott isteni szolgálatot és cultust a nevezett egyházban tökéletesen ellátni tartozik.

Nos Ferdinandus divina favente clemencia Romanorum rex semper augustus, ac Germanie, Hungarie, Bohemie etc. rex, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. Memorie commendamus, tenore presencium significantes universis, quibus

expedit, quod nos in memoriam revocantes, quantum spectabilis et magnificus Petrus de Peren, comes perpetuus Abawywariensis, fidelis nobis dilectus tempore suscepti regiminis et gubernacionis regni nostri Hungarie ad felicem nostram coronacionem suffragatus fuerit et quanta animi promptitudine nunc ad fidelitatem, et obedienciam nostri reversus se totum ad servicia nostra obtulerit et obstrinxerit; ob ea igitur, et alia pleraque benemerita sua, et pergrata nobis obsequia episcopatum ecclesie Vaciensem, cum omnibus castris, oppidis, villis, possessionibus et pertinenciis suis, et generaliter universis bonis temporalibus ad ipsum episcopatum ab antiquo pertinentibus, auctoritate jurispatronatus nostri regii, qua sicuti rex Hungarie fungimur, illius filio, reverendo Nicolao Perenny tanquam persone idonee et benemerite dandum duximus et conferendum, imo damus et conferimus per presentes, sic tamen, ut que ad peragenda divina officia, consuetosque Dei cultus, atque ritus in dicta ecclesia spectant, ea omnia plene administrari curet et teneatur. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum. Datum in nostra Civitate Noua XIIII. mensis Septembris Anno domini MDXL. Regnorum nostrorum romani decimo ali[orum vero decimo q]uarto. Ferdinandus — Bienger vicecancellarius — ad mandatum Sacre regie maiestatis proprium. — Ad Carolus etc.

Papirra nyomott királyi pecsét. Nemzeti Múzeum, Br. Perényi cs. lt.

41.

1543. december 8. Eperjes.

Batizi András Melanchthonhoz.

Jóllehet méltatlannak tartja magát arra, hogy tanítójának, Melanchthonnak levelet írjon, mégis mivel eljövetelekor legnagyobb szeretettel bízta meg, hogyha valami ujságot hall a török zsarnokságról, azt pontosan írja meg: kényszerítve van, hogy írjon. Tudatja tehát, hogy mihelyt Magyarország határára érkezett, egy jó emberétől arról értesült, hogy azok a keresztyén testvérek, akik a török uralom alatt a tisztább vallást követik, még békességben élnek. Tudatja továbbá, hogy Pécs vidékéről nehány tanuló Magyarország felső részeire ment a vallás megtanulásának kedvéért, és azoknak a török császár parancsából, a helytartó budai basa engedélyt adott arra, hogy a tudományok elsajátításáért szabadon jöhetnek ide és midőn akarnak, ismét visszatérhetnek övéikhez. Ezek most Szántó városában tanulnak és amint hallja, egy év mulva ismét visszatérnek Pécs vidékére. Úgy értesült, hogy az említett basa inkább kedvez az új vallásnak, mint a

pápásokénak, mert midőn Baal áldozárai, Jászberény városától nem messze, valami jó hitszónokot, mint eretneket és a pápások vallásának háborgatóját előtte bevádolták, a helytartó nem akarta azokat meghallgatni, jóllehet roppant nagy értékü arany- és ezüst ajándékokat ajánlottak neki, mig ha csak a vádlott is elibe nem megy. És midőn ez a basa előtt megjelent, megkérdezte, miért lett háborgatója a vallásnak? Mire ez azt felelte, hogy ő nem háborgatja a vallást, hanem az abba becsuszott tévedéseket cáfolgatja, ostorozza a meghalt szenteket, akiket nem lehet segítségül hívni, csupán az egyetlen örökkévaló és igaz Istent; a képeket eltávolítandóknak tartja a templomokból, mivelhogy azok nem egyebek, mint a bálványok jelei. Harmadszor a tunya és heverő papokat, akik nem tanítanak, mint a méhkasokból a here méheket, a szolgálatból el kell mozdítani. Mivel ezek a tanok az emberi ésszel inkább fölérhetők, a török jóváhagyta. De nem hiszi, hogy eltürte volna, ha valaki az Isten fiának istenségéről, vagy az ő egyszülöttjének váltságáról hozakodott volna elő. Bár a pápások vallását kinevette, az ajándékok miatt meghagyta, hogy térjenek vissza övéikhez s velük együtt a prédikátort is akadály nélkül elbocsátotta. Egyéb iránt némely jászberényi kereskedőknek a zsarnok török, pecsétjével ellátott levelet adott, hogy áruikkal a hódoltságban levő törökökhöz és keresztyénekhez szabadon jöhetnek-mehetnek. Midőn a kereskedők ily utra kiszálltak, a törökök a kereskedők közül valakit elhurcoltak, a·iről most sem tudják, hol pusztult el. Midőn a többi kereskedők a kormányzó elé mentek, hogy ezt a jogtalanságot és erőszakosságot elpanaszolják, megismerték azokat a törököket, akik a jogtalanságot elkövették. S midőn azokat a kormányzónak megmutatták, megigérte, hogy azonnal fejöket veteti, amiért a szultáni hitlevelet megsértették. Midőn a lefejezés ideje elérkezett, nehány magyar foglyot a fondorlatot elkövetett törökök ruháiba öltöztettek, és őket a kereskedők előtt lefejezték, és igy ezeket szomorú szívvel bocsátották el. A török igéretének tehát nem lehet hinni. Végre arra kéri, hogy mivel eljövetelekor Wittenbergben levő magyar tanuló testvéreinek néhány arannyal adós maradt, ezt már most, miután úgy értesült, hogy valamelyik főúr küldött számára tizenhat aranyat, melyet a fáradhatatlan Verner György a maga levelével együtt Melanchthonhoz már el is juttatott, esedezve kéri tisztelendő mesterét, ne legyen terhére azt a hitelezők között felosztani. Adjon Bihari Balázsnak 8, Pesti Józsefnek 3, Pásztói Gáspárnak 1, Sram Kristófnak egy aranyat és fél tallért, Batizi Demeternek egy aranyat és egy tallért, s ha még valami fentmaradna, azt is Batizi Demeternek adja.

Graciam et pacem liberatoris nostri Jesu Christi, qui vestram humanitatem diu conservet ecclesie sue sancte. Amen. Etsi indignum iudico humanissime ac in eternum Venerande Domine preceptor, meas indoctas ad te dare literas, tamen cum mihi discedenti a te diligentissime sit commissum, ut quicquid novarum rerum de turcica tyrannide audiero, diligenter ad te perscriberem, coactus sum vel invitus, has meas sordes ad te mittere. Itaque statim ut perveni ad limites Hungarie, intellexi a bono quodam viro, christianos fratres, qui tam synceriori religione imbuti sub turca sunt, adhuc in pace vivere. Deinde confinibus quinque ecclesiarum venisse aliquot scolasticos ad partes

Hungarie superiores, caussa discende religionis, eosque ex voluntate turcici imperatoris, a bassa prefecto Budensi habere literas ut libere possint venire ad studia literarum et cum voluerint, iterum ad suos redire. Nunc discunt in oppido Szanto; post annum, ut audio, rursum redituri. Ad hec intelligo predictum bassam nostram religionem magis approbare, quam papistarum, nam cum sacrificuli Baal, non procul ab oppido Jasz Bölén, bonum quendam concionatorem, qua si hereticum et conturbantem religionem papistic[am] detulissent: Prefectus noluit eos audire, quamvis ingencia dona ex auro et argento illi offerentes, nisi e contra coram adveniret is, quem detulerant. Cum igitur hic coram Bassa constitisset interroga[t] quare conturbaret religiones? Respondit se non religionem conturbass[e], sed errores reprehendisse, videlicet sanctos mortuos non invocandos esse, sed solum unicum eternum ac verum deum. Deinde imagines eiiciendas esse e templis, quod nihil aliud sint, quam signa et portenta idolorum. Tercio ignavos et ociosos sacerdotes, qui non docent, tan[quam] fucos ab alvearibus, removendos esse ab officio. Hec quia sunt magis subiecta racioni humane, turca: approbavit. Sed non puto eum laturum fuisse si quicquam aliud addidisset de divinitate filii dei, et de redempcione per ipsum parta, quam dicuntur mirabiliter abhorrere et detestari, tanquam rem absurdissimam, quod impossibile sit immortalem immortalis dei filium pati posse etc. Quamvis autem deriserit papistarum religiones, attamen propter munera permisit, illos ad sua redire, quibus cum eciam concionatorem sine impedimento remisit. Ceterum dederat quibusdam mercatoribus de Jasz Boelén literas, cum sigillo turcici tiranni, quo possent cum suis mercibus ad turcas et ad christianos sub turca existentes libere venire. Cum autem mercatores pergerent in itinere, turce obviantes illis quendam ex mercatoribus abripuerunt, qui eciam hodie ignoratur, quonam perierit. Cum autem reliqui mercatores venissent ad prefectum, ut de illata iniuria et violata fide turcici tiranni apud illum conquererentur, agnoverunt illos turcas, qui iniuriam intulerant et unum eorum abripuerant, et cum prefecto illos ostendissent, promisit illos statim capite plectendos esse quod violarint literas imperatorias. Igitur cum iam tempus plectendi advenisset, quidam captivi hungari vestibus turcarum, qui latrocinium perpetrarant induti, coram mercatoribus decollati sunt, et ita isti amaro animo dimissi. Igitur non est confidendum turcice promissioni, quia apud illos

violare fidem pro nihilo habetur. Imo aiunt si quis vel septus violaverit fidem, tamen ieiunio unius diei posse iterum reparari fidem ac si semper integra inviolataque mansisset.

Hec habui mi humanissime domine preceptor, que ad te scribere volui. Postremo, cum a vestra dignitate discederem, dixi me meis fratribus aliquot aureos debere, quos sit Deo optimo Maximo gracia, iam persolvere possum. Quam intellexi Magnificum quendam principem nostri misisse sedecim aureos, quos prestantissimus vir Georgius Vernerius simul cum literis ad vestram dignitatem misit. Obsecro igitur te Venerande preceptor, ne graveris illos meis debitoribus dividere. Blasio Bihori aureos 8; Josepho Pestino 3; Casparo Pasztai 1; Christophoro Sram unum aureum cum medio talero Demetrio Batizio unum aureum cum talero, atque eciam quicquid residui fuerit, eidem Demetrio dare. Ego istis rebus leviculis non libenter vellem tibi, alioqui multis negociorum undis occupato molestus esse, sed quia audiebam meas pecunias literis tue humanitati inscriptis esse, a Domino Vernero inclusas igitur aliter facere non potui. Atque precor vestram dignitatem ut hanc meam importunitatem equiori animo ferat. Eternus autem Deus pater Domini nostri Jesu te conservet simul cum tota familia et alma illa universitate ad gloriam nominis sui in multa secula. Amen. Date ex civitate Eperies, in festo concepcionis Marie. Anno Domini 1543.

Andreas Batizius
tuorum discipulorum minimus.

Kivül; Divinarum pariter et humanarum literarum summo Restauratori, Domino Philippo Melanth[on] in alma universitate Vitebergensi, supremo Gimnasiarche etc. Domino ac preceptori suo in eternum Venerando etc.

A müncheni bajor királyi udvari és állami könyvtárban Collectio Camerariana, Volumen 16, Numero 78. sz. Az eredetiről vett fénykép néhai Thury Etele másolatával együtt a pápai ref. főiskola könyvtárában.

42.

1544. junius 11. Torda.

Izabella királyné Bethlen Eleknek Fejér megyében levő Kewrewsd, Besse, Fewczeenthelke továbbá Küküllő megyében Zenth Iwan, Goganfalva, Ebesfalva, Zenthmyklos, Kapolna és Zaazwewlge nevü birtokrészeit, amelyek néhai Pemphlinger Márknál ötszáz forinton zálogban voltak, de hütlenség miatt a koronára háramlottak, hűséges szolgálatai jutalmául Frater György váradi püspöknek és kincstartónak adományozza.

Nos Isabella dei gracia regina Hungarie, Dalmacie, Croatie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit Universis, Quod nos debitum ut decet habentes respectum ad preclaram fidem et fidelium serviciorum gratissima cumulataque merita fidelis nostri reverendi in Christo patris domini fratris Georgy episcopi Varadiensis, Thesaurarii et locumtenentis etc., que ipse tum serenissimo quondam principi domino, Joanni regi Hungarie etc. domino et marito nostro charissimo pie memorie, tum vero eciam nobis et serenissimo filio nostro summa fide et constancia exhibuit et impendit, horum igitur intuitu volentes Nos quoque eum gracia et liberalitate nostra prosequi, totam illam summam quingentorum florenorum pro quibus porciones possessionarie egregii Alexii de Bethlen, in possessionibus Kewrewsd, Besse et fewczeen thelke in Albensi, necnon Zenth Iwan, Goganffalwa, Ebesffalwa, Zenthmyklos, Kapolna et Zaaz wewlge vocatis in de kykellew comitatibus existentes habite, egregio condam Marco Penfflinger, titulo pignoris per ipsum Alexium de Bethlen inscripte extitissent, que tum per notam infidelitatis eiusdem Marci Penfflinger, ex eo, quod idem oblitus fidei fidelitatisque sue Serenissimo Romanorum regi, tum serenissimo condam principi domino Joanni Regi Hungarie etc. domino et marito nostro charissimo pie memorie adversario adhesisset et in ipsa infidelitatis nota e vivis decessisset, tum vero per defectum seminis eiusdem ad nos et filium nostrum serenissimum de jure et approbata consuetudine huius regni nostri devoluta esse perhibetur et redacta, simulcum omni et totali iure nostro et serenissimi filii nostri si quod in dicta summa qualitercunque haberemus aut eadem nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et racionibus concerneret, aut in futurum concernere posset Maiestatem, memorato domino fratri Georgio dedimus, donavimus et contulimus. Immo damus, donamus et conferimus iure perpétuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum salvo iure

alieno, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum Thorde feria quarta proxima post festum sancte trinitatis, anno domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto. Isabella regina.

Eredeti papiros oklevél. Nemzeti Múzeum, gr. Bethlen cs. levéltára.

43.

1544. aug. 25. Bártfa

Stöckel Lénárt levele Melanchthon Fülöphöz.

Hálával tartozik mesterének Melanchthonnak, aki őt minden ajánló pártfogás nélkül gondjaiba vette, sőt még öccsére is kiterjesztette figyelmét. Közben megemlékezik élete folyásáról, arról, hogy miképpen került hivatásába sok küzdelem után a kereskedői pályáról. Köszöni Melanchthonnak, hogy jólelkűen vigasztalja őt bajai közt, amelyben bőségesen van része. A király konoksága, aki iránt mégis a köteles hűséget megtartják, a török vadsága, a nemesség kegyetlensége, vagy a polgárság gyülölködése mind az ő irányítására várnak. A török veszedelem mindezek fölött a legnagyobb, amely a keresztyének gonoszságát is fölülmulja.

Hogy pedig mily nyilvánvaló istentelen játék folyik a vallással, elmondja, hogy néhány nap előtt a török Budából kiment rabolni mintegy 20 magyar mérföldre majdnem egész Bártfáig. Hatalmas prédára tett szert az ellenség, Pestnél mintegy 5000 ember került kótya vetyére. Ezt a zsákmányt vissza lehetett volna szerezni, mert volt rá erő önkéntes vállalkozókból, Bebek Ferencz azonban ezt megakadályozni igyekezett, mindaddig, míg szándékán — a törökkel volt cimboraságban — át nem láttak. A foglyokat még akkor is vissza tudták szerezni, de tán minden várat vissza vehettek volna a töröktől e nélkül az árulás nélkül. Kevéssel ez eset után a kassaiak, akik a barát pártján vannak, aki az országot a töröknek elárulta, rabolni jöttek, Wernher György királyi prefectust keresték, s midőn helyette a mezőn időző feleségét találták, elhurcolták gyermekeivel együtt. Tudatja azt is, hogy testvére nagyon sulyos beteg volt s bár semmi orvosság nem volt kéznél, mégis csodálatosan felgyógyult. Köszöni Melanchthonnak a jul. 19-diki levele mellékleteként megküldött CXXXIII. zsoltár görög és latin fordítását.[1] Levelét egy a törököktől a végekről elűzött tanulótól küldi, akit, valamint a többi magyar tanulót ujra meg ujra szeretetébe ajánl, mert nem tehet szentebb dolgot, mint ha fogságra jutott egyházainkat segiti.

S[alutem] D[ico] Si res nostre secundissime essent, cum sint longe tristissime, tamen nihil literis tuis gracius mihi contingere posset, mi preceptor, de cuius incredibili erga me studio ac benevolencia quociescunque cogito, tametsi nunquam eius obliviscor. Maximas Deo gracias ago, cuius hoc longe maximum beneficium esse agnosco,

[1] Lásd ezt: *Bretschneider*: Corpus Reformatorum V. 446. l.

quod te non modo preceptorem nactus sum, verum eciam talem preceptorem, qui me nullius commendacione adiutum, atque in infimo scholasticorum ordine versantem, pro tua excellenti humanitate, in tantam curam non dubitasti tua sponte recipere, quanta ne cogitari quidem maior potest. Neque meis duntaxat utilitatibus contentus fuisti, sed in fratrem quoque meum, me alterum, parem benevolenciam, eademque beneficia contulisti. Qua in re pleraque omnia mihi preter spem atque expectacionem omnem accidere. Nam in adolescencia mea, cum in primis elementis grammaticis mediocriter profecissem, eoque in genere non modo aequales meos, verum eciam superiores superassem, etsi in eam disciplinam incideram, que me propter inauditam crudelitatem merito ab institutis studiis deterrere potuisset, tamen et natura, et non pessimis auspiciis adductus, nihil magis optabam, quam ut liceret mihi perpetuo in literis vivere, ab aliis artibus ac studiis, quibus videbam nostrorum hominum liberos adhiberi, cum idem mihi parentes minarentur, mirum in modum abhorrebam. Neque tamen qua racione voti mei compos fierem, videbam. Aliquando ingens me tui desiderium incessit, verum quod sperarem nihil erat, cum non solum ab alienis, verumeciam a domesticis auxiliis destitutus essem. Quin sepe me necessitas a literis prorsus abstraxit et victum servilibus operis querere coëgit, a quibus si unquam mihi aliquid ocii datum est, id legendo aut scribendo, quantum potui contrivi, spem vero pleno cursu discendi rerum mearum varietas iam omnem mihi fere ademerat, meque in spinas mercatorias preter voluntatem meam coniecerat. In quibus cum totum fere triennium hesissem, multaque iniusta et impia vidissem, incredibili meo cum dolore, nullis pollicitacionibus eorum, qui meam operam in negociis suis non ignavam, nec inutilem experti erant: quin me ex hoc vite genere quamprimum explicarem adduci potui. Corrasa igitur ex servicio exigua pecuniola, tametsi quantumvis parce facerem sumptum, biennio satis futuram non videbam, tamen Witebergam contuli me, mihil aliud cupiens, nisi ut unum atque alterum annum si contingeret te audire possem. Quod dum facio, tercius quoque annus Dei beneficio accessit. Quo cum in tuam, nescio quomodo noticiam venissem, tuo beneficio, intercedentibus duobus annis Islebianis, alteros annos tres, eosque meliore condicione, quam priores, istic transegi. Quam foelicitatem necessaria in patriam pietas mihi interpellavit.

Hec omnia tibi, mi charissime preceptor, ideo com-

memoro, ut intelligas, mihi in tota vita nihil optabilius accidere potuisse, quam quod tue doctrine fructum aliquem sum consecutus, eaque in re meis desideriis divina benevolencia respondens non mediocriter animum meum confirmavit, meque iam sepe in variis meis trepidacionibus atque angustiis erexit, ad meliorem spem concipiendam, quidquid adversi acciderit, nam in hac extrema rerum omnium maxime vero nostrarum perturbacione aliud ex pectare non licet, eciamsi nullas predicciones, quas habemus certissimas divine litere nobis reliquissent. Ex quibus in me absentem ac vere in exiguo quodam, ut scribis nidulo, undique sevissimis lupis cincto herentem suavissime consolaris. Hinc regis impia mens, cui tamen nos soli fidem debitam prestamus, hinc turcica immanitas, hinc nobilitatis feritas, hinc civium odia, extra et intra moenia nos petunt, ac nihil nisi occasionem expectant, sed tamen hactenus, non minore cum miraculo, quam Daniel, ut suo exemplo utar, inter leones, protecti sumus.

Deum eternum, patrem Domini nostri Jesu Christi sedulo precor, ne has miserrimas ecclesie nostre reliquias cum dedecore nominis sui funditus interire sinat, que nisi nobis relicte essent, vere ut Sodoma facti essemus. Nec magis perturbant nos turcica pericula, quamquam sunt maxima, quam nostrorum hominum improbitas, que vix ultro quo iam progrediatur habet.

Nihil dico de impietate et manifesto religionis, omniumque divinarum et humanarum rerum ludibrio, quo non arbitror maius fuisse ante diluvium, incendium Sodomiticum, et Judeorum vastacionem; nihil de coeteris flagiciis que regnorum eversionem ante ire solent. Unum duntaxat exemplum recens insignis perfidie nostrorum quorundam procerum te celare non possum.

Paucis his diebus aliquot millia hostium ex presidiis Budensibus aliorumque locorum vicinarum tractis secum et Hungaris, usque ad vicesimum milliare Hungaricum, quod Germanicis multo longius est intra XXIIII. horarum spacium excursionem fecerunt in ea loca, que ad nos sita sunt, incensisque oppidis et pagis, ingentem predam abegerunt. Aiunt Pesti, quod e regione, Danubii altera in ripa, ad Budam situm est, cum sua pars imperatori electa esset, quinque millia hominum in forum producta esse. Hec preda universa recuperari, et predatores ad unum omnes cedi potuissent, nisi perfidia intercessisset. Nam vicini proceres coactis suis equitatibus magna celeritate

hostes persecuti sunt, qui et itineris magnitudine una cum equis defessi et prede amplitudine impediti erant, distributoque exercitu, pars nostrorum compendiaria via per montes facto itinere, Turcos antecesserunt ut viam fugienti eis intercluderent, et altera pars a tergo instaret. Confluxerat eciam voluntariorum non exigua multitudo, incredibili pugnandi cupiditate incensa, ut aut liberaret suos cognatos, aut honeste moreretur.

Hanc occasionem Franciscus Bebecus, contemptor diuumque hominumque inita cum Turcis coniuratione intercepit. Is enim simulato nescio quo periculo ceteros inhibuit, ne institutum suum prosequerentur. Coniuracio postea per captivos quosdam patefacta est. Quae nisi accidisset, non solum preda recuperata, verumeciam a Turcis occupata omnibus pene presidiis orbata fuissent. Vix hoc malum perpetratum fuit, cum Cassovienses, qui monachi, cuius opera hoc regnum Turcis proditum est, fidem sequuntur, in hec nostra loca predatum excurrunt, cumque Dominum Vernerum, prefectum regium, tibi non ignotum, in aperto loco non invenirent, uxorem eius cum liberis forte in agrum profectam intercipiunt. Inter hec atque eiusmodi mala multa nos ab omnibus humanis presidiis destituti tantum ferendo luctamur, et liberacionem, que in Daniele nobis promissa est, assiduis votis et lachrymis exposcimus, quando et Germania, ut scribis, que ceteras chistianas naciones tueri debebat, in suam ipsius perniciem ruit. Audax profecto facinus, quod in Hieronymo Bomgartnero est commissum, quem cum aliis ex rebus, tum ex commentario tuo de anima, quem ei dedicasti, iampridem novi, qua virtute atque doctrina sit preditus.

Quod mihi et fratri mutuam nostram consvetudinem gratularis, id eo mihi est iucundius, quod eum quasi a morte excitatum recepi. Rediit enim morbo ita graviter correptus, ut nullam omnem spem de salute eius habuerim. Cunque nulla medicine nobis copia sit, divinitus tamen est restitutus.

Spero igitur virique nostrum coniunccionem istam voluptati esse futuram, eo cum fructu, quem psalmus promittit, cuius paraphrasi, greca et latina me donasti, quam cum legerem, tua quoque et Camerarii amicicia, plus quam fraterna mihi in mentem venit, perquam Deus excellenti benedictione rem literariam hoc tempore promovet. Equidem illum virum si non propter preclaram eius erudicionem et animum in conservacionem doctrine vere

heroicum venerarer, ut debeo, tamen id propter tuam cum illo necessitudinem facerem, qua nihil potest esse coniunccius. In grecis versiculis, quorum verba mihi totidem latinis reddidisti, meas vires exper'ebar priusquam interpretacionem tuam legerem omniaque sum assecutus.

Quid multa? Vehementer gavisus sum te habere discipulum, opinione tua doctiorem. Utrumque enim genus studii semper coniunxi, nec me forsitan opere mee poeniteret, si paulo diucius mihi te magistro uti contigisset, sui tantum debeo, quantum dum vivo, eciamsi res pateretur referre non possum. Eciam in illo coelesti olim consorcio tuam in me pietatem non desinam predicare.

Frater meus te officiosissime salutat, seque una mecum tua de nobis sollicitudine maiorem in modum consolatur.

Is, cui has literas dedi, ex Turcicis finibus elapsus discende pietatis causa istuc se contulit, quem ut eodem, quo coeteros tui studiosos, animo complectaris, eciam atque eciam rogo. Neque enim potes aliquid facere sanccius, — quam si nostras captivas ecclesias, quibuscunque racionibus potes, adiuveris.

Christum, eterni patris filium, et liberatorem nostrum precor ut te nobis incolumem conservet.

Quid monachus noster cum negocio evangelico nuper inepte molitus sit, ex iis melius cognosces, qui interfuerunt, quorum literis non dubito te fieri de omnibus rebus cerciorem.

Bene vale.

Bartphae XXV. Augusti. Anno M. D. XLIIII.

Tuus Leonartus St[öckel.]

Kivül: Clarissimo Viro, Domino Philippo Melanthoni, suo carissimo et optime merito preceptori.

A müncheni bajor királyi udvari és állami könyvtárban Commercio Camerariana volumen 15. Numero 45. Az eredetiről vett fénykép Thury Etele másolatával együtt a pápai ref. főiskola könyvtárában.

44.

1545. junius 12. Bártfa.

Stöckel Lénárt levele Melanchthon Fülöphöz. Jóllehet nincs kedvesebb és kellemesebb érzése, mint amidőn levelet kap kedves tanítójától, a mostani mégis annyival örvendetesebb, mert két sulyos betegsége után való fölépülésekor kapta. Annyira volt, hogy számlálta már az időt, amikor ennek az életnek nyomoruságaiból abba a társaságba jut, ahol Melanchthon irása szerint Mátyás (Dévay) is hallgatja már a próféták

és apostolok tanitásait az Isten fia országáról. Sokat olvas, tanul és ir, kevés számu barátja van, olvassák Melanchthon írásait is és az egyház sulyos helyzetén csüggedezve, közösen vigasztalják egymást és meritenek erőt az ő írásain buzdulva. Abban az ügyben, hogy Mansfeldre hivják, az a válasza, bár ugy Melanchthon, mint Luther őt óhajtották volna, jobbnak látja Magyarországon maradni, amely oly szegény tudományban és egyházi szolgákban, hogy könnyezni lehet fölötte, nincsenek az egyháznak támogatói, mindenki mindenkit fosztogat, mindenki ellensége mindenkinek. Sok szó esik a wormsi egyezségről s hogy Magyarországba segítséget küldenek a megbékélt fejedelmek. De ő ebben kételkedik. Kéri, hogy máskor is írjon.

S[alutem] p[lurimam] d[ico]. Si nullum ex te alium fructum cepissem unquam mi preceptor, quam eum, quem ex tuis suavissimis literis percipere soles, tamen longe maioribus beneficiis me abs te affectum esse arbitrarer, quam ut ullis officiis, nedum exiguo verborum munere magnitudinem eorum me consequi posse confiderem. Ut enim coeteras nunc omittam, quibus legendis sepe me recreo, vel ex his, quas proxime accepi incredibilem sensi leticiam et voluptatem. Non solum enim tuum illum veterem ac singularem erga me amorem pre se ferebant, verumeciam teipsum mihi multo verius depingebant, quam ulle pictorum tabule, qui hactenus ne corporis quidem tui lineamenta, quamquam circa hec sola laborant, assequi potuerunt. Preterea in tempore, quod omnium rerum primum est, sunt mihi reddite. Eram enim paulo ante duobus continuis morbis, febri ardentissima et ictero pene confectus, et quanquam nonnihil me iam collegeram, tamen novis curis succedentibus propemodum deterius affectus eram, quam antea cum in lecto decumbens morti quam vite propior essem. Tunc enim omnino sperabam illud tempus iam advenisse, quo ex huius vite erumnis in eum coetum migraturus essem, in quo Mathiam nostrum iam versari scribis, et audire prophetas et apostolos disserentes de regno filii Dei, multo iucundius atque perfeccius, quam pro captu nostrarum primiciarum. Sed ita visum est Deo, cuius voluntas melior nostra est, ut in huius vite molestiis diucius hererem, quas opto mihi et ecclesie esse salutares. Ex tua certe epistola mirum in modum sum confirmatus, non verbis solum, verumeciam exemplo tuo, quem vides, preter assiduos et maximos labores omnibus laboribus graviores simultates multorum fortissimo animo ferre propter ecclesie tranquillitatem, ut exemplum Basilii, meo quidem iudicio in neminem eruditorum huius etatis magis, quam in te convenire videatur.

Ad huius igitur pacienciam conferebam tuam mirificam moderacionem et animum ab omni *φιλονεικία* alienissimum, cum legerem eam oracionem, quam de Basilio ad me misisti, gratissimam mihi multis de causis, una cum coeteris, que ei coniuncta sunt. Cunque has tuas egregias virtutes animo intueor, tantum—quantum possum, hoc est, a longe tua vestigia sequi disco, ut probum decet discipulum. Quod eo studiosius facio, ut facilius animum meum a contrariis exemplis, quorum ingens est copia, avertam. Eaque in re et vite mee racio mihi plurimum conducit. Nam praeterquam quod omne tempus legendo, docendo et scribendo consumo, per paucos habeo familiares, viros optimos, quorum ubique Terrarum numerus in dies decrescit. Cum his deploro communes miserias et maxime ecclesie statum miserrimum, sed tamen mutuis consolacionibus nos confirmamus, quibus plene sunt epistole et scripta tua de conservacione ecclesie. Hac enim et diem ipsum proximarum literarum accomodasti, in quo Noha arcam ingressus est et cum paucis servatus ex diluvio. Quod exemplum voluntatis Dei profecto magnam vim habet ad nos consolandos, qui in hec tempora senescentis ecclesie incidimus.

Quod mearum questionum meministi, mi preceptor, illi eunt scrupuli, quibus me torqueri scripsi, in causa vestre vocacionis nomine Mansfeldensium. In hac enim sic distrahebar, ut sine tuo consilio me explicare non possem, cum ex altera parte me tua et domini Lutheri authoritas, quam ego a divina non seiungo, ex altera nostrarum ecclesiarum necessitas moveret. Sunt enim ita deserte tum a literis, tum a ministris, ut nemo pius lachrymas continere queat. Patronos vero vix ullos reperias, qui aliqua saltem cura religionis et literarum afficiantur. Quid multa? Lazari tantum Lazaros curant. Omnes principes, ne unum quidem excipio, certatim diripiunt omnia, et quasi hostis sit in India, vel apud antipodas, ita omnium rerum securi propemodum in conspectu hostis inter se belligerantur, *νομάδες ἀκούει δ' οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενός.*[1] Hostis callide observat hanc *βατραχομυομαχίαν*, ut oblata occasione utrumque exercitum opprimat. Inter hos sunt quidam medii, qui domi ventrem explent, omnemque suorum sangvinem penitus exugunt, ut magno cum viatico collecto in pedes se coniiciant, si quid acciderit.

[1] Idézet Euripides „Kyklops" cz. darabjából. Értelme: „Nomádok (barbárok), egyik se hallgat a másikra."

Ex his, mi preceptor, tu pro tua sapiencia collige coetera. Nonne mirum est in his tantis turbis, tamen inter nos esse ecclesiam, vere innocentem nomen Jesu Christi? Multa nobis nunciabantur letissima de concordia Vormaciensi inter principes inita, et de auxiliis in Hungariam mittendis. Sed mihi nunquam hec fiebant veri—similia. Deficientibus causis ad concordiam et tue litere hanc meam opinionem confirmant, que ostendunt alios principes nihil alios male agere, et seviciam subinde novam exerceri in homines pios et innocentes.

His rebus non consoletur incolumitati nostre et Germanie. Te rogo, mi anime, ut me, quod facis, diligas, meque et porro tuis literis et quibuscunque potes racionibus consolaris. Tametsi impudenter facio, quod te ante omnium hominum optimo de me meritum magis sollicito, cum a me nulla tibi gracia referri possit. Verum si in hac vita hunc fructum ex me non ceperis, quod ipsum tamen pervelim, in illa certe vita, que nullum finem habitura est, sencies me non ingratum esse nec fuisse.

Salutat Te Petrus meus, cuius et opera et consvetudine ita delector, ut post coniugem et liberos nihil habeam charius. Simul sumus in patria quidem, sed tanquam in exilio in exiguum quoddam domicilium, tanquam nidum inclusi, et cogimur ferre hominem. Vitricum nostrum, quo hic sol nequiorem non vidit. Hec exercicia nos docent pacienciam. *Τὰ γὰρ παθηματὰ μαθηματά.*[2] Bene vale mi charissime preceptor! Bartphe XII. Junii 1545.

Tuus observantissimus
Leonartus Stöckel.

Kívül: Carissimo et prestantissimo viro, Domino Philippo Melanthoni, in inclyta Vitebergensi academia divinarum et humanarum literarum professori, doctissimo integerrimoque Domino maiori, et preceptori suo observando.

Eredetije a müncheni bajor királyi udvari és állami könyvtárban Commercio Camerariana Volumen 15. Numero 46. Az eredetiről vett fénykép Thury Etele másolatával együtt a pápai ref. főiskola könyvtárában.

[2] Teljesebben Herodotosnál I. 207. így van: *τὰ δέ μοι παθήματα [τὰ] ἐόντα ἀχάριστα μαθήματα γέγονε.* = „Keserves szenvedéseim tanulságokká lettek számomra"

45.

1545. junius 26. Szemenye.

Kristóf a szemenyei kolostor gvardiánja kijelenti, hogy azt a zöld bársony ruhát, amelyet néhai Busyni Anna, Alsólindvai Bánffy László felesége hagyományozott a kolostornak, 32 forintért és két hordó borért patrónusának visszaadja, tudomásul véve, hogy a vevő a vételárat nem azonnal, hanem csak a legközelebbi szüret után fogja fizetni. Az eladás oka, hogy a megelőző években Török Bálint emberei a falak rombolása és egyéb portyázások által a klastromnak sok kárt okoztak.

Nos frater Christoforus gwardianus, conventus Scemeniensis cum ceteris fratribus dicti conventus, recognoscimus et fatemur per presentes, quod quamvis generosa et magnifica condam pie memorie domina Anna de Busyn magnifici domini Ladislai Banfhy de Alsolyndwa, comitis Zaladiensis etc. consors, in certiculo natis sue constituta testamentarie quandam suam de purpure viridi aurato factam vestem huic beate virginis monasterio ac conventui nostro in Scemenye edificato legasset, sed ex quo his superioribus annis, gentes magnifici domini Valentini Therek in premisso nostro claustro sew conventu, multas et varias tum murorum rupturas, cum eciam per diversas rapinas innumerabilia nobis ac dicto nostro monasterio intullissent dampna atque omnia propulsanda huiusce modi incommoda maxime aut tali nostre oppressioni medendo gratia coacti sumus prescriptam de viridi aurato pu(r)pura confectam vestem magnifico domino Ladislao Banfhy, comiti Zaladiensi et patrono nostro graciosissimo pro triginta duobus florenis, duobus vasis vini vendidisse, licet ettenim idem magnificus dominus Banfhy pretacte vestis precium nondum nobis persolvit, tamen per litteras suas persoluere ad proximam vindemiam nos assecuravit et certos reddidit. In quorum omnium premissorum fidem et testimonium presentes nostras litteras sigillo nostro roboramus prefato domino Ladislao Banfhy duximus datum et concedendum. Datum in conventu nostro scemenyensi. Vigesima sexta mensis Junii Anno domini Millesimo quingentesimo quatragesimo quinto.

Eredeti, papiron; rongált viasz pecséttel. M. Nemzeti Múzeum, Med nyánszky cs. lt.

46.

1546. Goldberg.

Lugislandt Gáspár tanuló levele Goldbergből atyjának Selmecre. Beszámol a neki küldött pénz hovafordításáról és kéri atyját, hogy mielőtt hivatali szolgálatra haza hivná, küldje őt el Wittenbergbe is, mert Goldberg nem főiskola.

Kyndliche lieb, gehorsam mit Wuntschung alles guts zuvor Liebster Her Vater, wens euch meynen geschwister, mutter, vnd Hauszgesindt wol ging, wer mir lieb zuhoren, wisset mich noch von den gnaden gottis frisch vnd gesundt: Eur schreiben an mich gethan durch vnseren aygnen poten hab ich verstanden, welchs mir lieb vnd angenem war, darinnen ir mir geschickt habt z(wey) schawgroschen, davon ich den groszen ausz eurm wust und wollen dem Hern schulmayster yn eurm namen geschenkt hab; darvon ich vnd er euch fleissig dancken, den andern den samson hab ich einem Magister geschenckt, den z hab ich noch, so hab ich darneben entpfangen ein fl. in goldt, welchen ich schir gar schon ann mein noddurft angewendt. Doch waysz ich nit, wie ich wer besten mit winterklaydern, den man auch vbern winter wie zu wytemberg in d[er] Kirch list vnd studiert, welche turwar nit ein gehaizt ist, vnd ir selber wol wist, was ich for klayder hab, derhalben hat d[er] schulmayster dieses selber gesehen vnd mir zu einem lieb pelzlin 1. fl. in goldt vorgestreckt, welchen ich euch bitte wollet her aufs ehest pschaffen, den ich warlich die 4 Jar frost genug ausgestanden bin, ezund aber auch krezig bin, so ist nu wol erfaren, das die krez etliche zum herzen ist geschlagen vnd sein gestorben, derhalben waysz ich werd euch dishalben nit widern, sond[er] verschapfen, das ich dieses bezalen mocht. Nu aber wiel ich ein wenig basz verrechnen, das gelt das ir mir geschickt habt. Ich hab entpfang 18 polnisch gulde[n] item 1 fl. in goldt vnd izt 1 fl. in goldt. So bin ich schuldig gewest 12 taler meinen alten wirdt, dasselbe schir vir ein ganzes Jare, dem neuen wirt 4 taler vnd 1 haben, der wescherin 1 taler, der die mir, die bet leicht 1. Kauft mir ein Pechin mizlin vmb 1 halben taler; dem buch binder vor 4 bucher einzubinden ein halben taler vnd kauft mir vm ein halben taler vnd 2 weisse partes darausz man singt, zte 2 par schuch vmb 12 xr. Item wachslicht fur 6 xr. vor ein latern, papir 1 vnd andere notturft 30 xr. A margóra irva: ein weisser groschen macht 3 vngerisch d[enar] So bleibt mir 14 xr. dar-

von kan ich furwar zumol in winter zeit nit gar lang zeren, ich halt mich gar karg wie ich kan, so musz ich nur 2 xr. das ist 6 ongersche d[enar] zulicht haben, den man kein ynslet licht braucht in d[er] schul, sondern wachsenlicht, so stehe ich fru vm 3 oder aufs lengst im 4 auf alletag, musz ich warlich zumal wens wachs teur ist, vil haben. Derhalben bit ich euch, wollet doch selber gedencken, das mir solch ding not sein, und nur das Jar sollen gedult haben. Man spricht wol „y grosses Kind, y grosse sorg", aber liebster her vater yr must euch das nit lassen irren, mann kans mit der zeyt der gantzen freundschaft mit nutz vnd ehr einbringen. Weiter bin ich dem Hern schulmayster vir 1/1 vnd ein halbes Jar schuldig welchs macht 3 taler, den man 2 taler vors Jar gibt dem neuen wirte, bin ich 1 fl. in goldt schuldig, den bit ich wolt ir mir schicken, so hat er mir die hosen geflickt vnd sockken gemacht vnd deszgleichen gedint darvon an 2 weisse groschen ein halben taler. Nu bit ich euch auch wellet mir schicken das ich follen zu meiner notturft vbern winter hab. Weiter thu ich euch zuwissen, das ich dem Mauro zeiger dieses brieffs 2 fl. in muntz vnd 14 dr. schuldig bin, vor bucher den ich bucher genumen hab, welche die doctores, die izt von Witemberg sein rein kumen lesen, nemlich die apostoll des doctors Martini Lutheri vnd andere. Bit euch als meinen liebsten hern vater, wold solch schuld abzalen. So hat mir auch der Martinus buchfürer von Neuensol gebracht die postill philippi, vnd sonst drey, waisz aber nit was es sein sol, es sein nit gar grose bucher, doch denk ich wirdt er euch nit vnrecht thun. Er sol mir auch die lateinisch biblie hieher verschaffen, welche wen ich sie entpfange, bit wold im sie auch bezalen. Solch gelt auf bucher gewandt must ir euch nit lassen geraven, den man kan on buchern nichts studirn. Drum bit ich auch ganz freundlich, wolt dieses bezalen vnd nit lassen beschwerden. Ich hab euch ein zusag getann, nemlich dass ich fleissig wil studiren, welcher zusag ich verstech ich mich gantz gnug thu, so habt ir mir auch zugesagt, das ir nur kost vnd gelt furstrecken werdt, was an mein notturft geht, so weisz ich das bücher vnd die obengemelten ding mein noddurft sein, on dem ich nichts kan aussrichten. Zu lezten von wytemberg schreibt ir mir dieses ausz rodt vnd angeben des hern vetern, das ich sol noch ein jar hie bleiben vnd dornoch nein zichen, vnd ein dinst annemen, so wil ich kurz euch mein beschaid schrayben: Ir mügts mit mir

machen lieber her vater wie ir welt, den ir mein lieber vater seit, so wil ich euch allenthalben gehorsam sein, doch wil ich das sagen, ich wil nit ehe auf die Schemnitz kümmen, noch die bergstet sehen, ich sey den vor zu wytemberg geleest, es ist ein selzam vnd vnbedacht rot, dises zuthun, den wie sol ich ein dinst annemen, vnd het vor nit yn einer chochenschul gestudirt, den hie furwar zum goltperg kayn hochschul ist derhalben kan ich was bein euch erbitten, so schickt mich auf Ostern gen wytemberg, das ich do bleib vbern sommer. Dens leichter zerung ist, den ym winter, so wil ich mich auf Michaelis noch eurem willen nein machen. des pangraz son zeucht nausz auf weinachten, vnd ich sol ymmer vnd ewig do bleiben mit versaumung meines studirens. Ich wold euch wol noch vil der sachen halben schreyben, ober der Mang ist zu bald auf, drum liebster vater, thut noch roth verstendig leut, zwar ich des veternroth auch folgen wil, oder ich schreib dem veter mein manung auch. Ich bit euch liebster her vater yr woldt mirs nit foribel haben, so ich ein wenig grob geschrieben hab, den die sach erforderts es ! vnd ein nar Ja man wen irn fragt kunds schir verstehn. Derhalben bit ich wolt mein maynung alhie schriftlich verfasset vetterlich annemen, vnd mir deszgleichen eurn gutten vnd gnedigen willen unt diesem Mauro anzeigen, darnach ich mich wehr wissen zurichten zum lezten bit ich wold ir des newen Jars nit vergessen damit wil ich euch in die schuz des ewigen vaters vnsers hern Jesu Christi geben, welchen ich teglich bit das euch wolgehe. Grisset von meinetwegen, mein liebste mutter den Christoph Israel, Daniel, Judith, Hester, vnd die ganz freundschaft vnd Hauszgesindt 1.5.4.6 aus Goldberg. Gaspar Lugislandt, eur lieber vnd gehorsamer son.

Kivül: Dem Ehrsamen Weysen herren, Johanny Lugislandt, Rathman vnd bürger der stadt Schemnitz, Meynen liebsten herren vater zuverantworten. Schemnitz.

Papiros záró pecsét. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

47.

1547. március 22.

Óltalomlevél gyöngyösi szerzetesek részére a kerület összeírásakor.

E sorok irásának oka a következő:

Az egri livában, a hatvani nahieben, Gyöngyös városában levő Boldogasszony nevü kolostor szerzetesei a

vilajet jelenlegi összeirásakor a régi állapot szerint irassanak össze, ha Istennek hála, deftereik megvannak, igazságosan járva el; a magas parancsnak megfelelőleg, a kánon és a ser' ellen akadályt csinálva — ha valóban úgy áll a dolog — az említetteket senki ne nyugtalanitsa. Iratott a szent mohárrem hónap utolsó napján, a 954. évben.

Túloldalon egykorú irással: Mehmet Beek levele az zenteghaz feleől. Török eredetije a ferenczesek tulajdonában Gyöngyösön. A török levelek között a 17. számú.

48.

1551. december 12. Bécs.

Oláh Miklós egri püspök a felsőmagyarországi városokat meghívja első miséjére, amelyet az országgyűlés megnyitása idején kiván Pozsonyban celebrálni.

Prudentes et circumspecti domini, amici honorandi S[alutem] et nostri commendacionem. Quum deus optimus maximus ex inefabili sua misericordia me indignum suum servulum ad munus episcopale vocare et S. Maiestas Regia dominus noster clementissimus eo munere clemencia sua ornare dignata fuerit, decrevi primicias meas sacrificii altaris domini sub dieta proxima futura Posonii in festo beati Mathie apostoli proxime venturo favente deo celebrare. Quare D. V. rogo, velint ad has sacrificii mei primicias unum vel duos aut quot voluerint de medio ipsorum ad diem et locum predictum mittere, illudque presencia sua decorare et precibus suis ad deum fundere pro gracia mihi impetranda iuvare, in quo et piam rem facient et mihi grates. Vicissim meis obsequiis apud ipsas refundenda D. V. feliciter valere opto. Datum Vienna 12. die mensis decembris anno 1551.

Vester Agriensis
manu propria.

Prudentibus et circumspectis dominis Judicibus et juratis civitatis superioris parcium Regni Hungarie superioris.

Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

49.

1552 február 26. Pozsony.

Bejczy Ambrus panasza Dalmady Sebestyén soproni jánosrendi keresztes lovag ellen, hogy Alsóloch nevű birtokán hatalmasull kaszál

tatott és egy szekér szénát elvitetett. A felperes embereit pedig, akik a hatalmaskodást meg akarták akadályozni, félholtra verette és neki több mint negyven forint kárt okozott.

Dicitur nobis in persona egregii magistri Ambrosii de Beycz, qualiter circa festum Beate Margarethe virginis et martiris proxime preteritum, honorabilis magister Sebastianus, cruciger Soproniensis, ordinis Beati Joannis Jerosolimitani, nescitur unde motus missis et destinatis agile Gregorio Sclano familiari et officiale suo, per eum in possessione sua Bew vocata in comitatu Soproniensi existenti constituto, item providis Gregorio Z[al]kay, Stephano Parthol, laurencio Warga et quodam o....e, dicto jobagionibus suis in predicta possessione Bew commorantibus, manibus armatis et potencia [mediante] ad p[orcionem] possessionariam ipsius expon[entis] in possessione alsoloch vocata in dicto comitatu S[oproniensi] existenti .... consequenterque .... providi Ambrosii Jobagionis ipsius ..... ibidem residentis ad domum ac suppo .... suam colonicalem .... jobagionalem .... porcione possessionaria dicti exponentis situatam pertinentem et a parte part[is] possessionis Saag vocate in eodem comitatu soppronienssi site adiacentem. Ibique Unum plaustrum feni, eiusdem Ambrosii Byro per eum defalcati in currum locari ac abinde asportare ac dum idem Jobagiones dicti magistri sebastiani crucigeri, cum prenotato feno per possessionem Alsoloch predictam in contumeliam ipsius exponentis iniuriamque dicti jobagionis s[ui] transirent, et prefatus Ambrosius Byro, necnon providi, Matheus Szleger, et Blasius thrwffa, jobagiones ipsius exponentis, in dicta Alsoloch residentes, fenum prenotatum abducere minime paterentur, eosdem Ambrosium Byro, Mathiam Szleger et Blasium Thrwffa iobagiones ipsius exponentis irrui, nullisque eorum culpis et demeritis exigendis, gravissimis verberibus affici fecisset, semivivos relinquentes, in quibus dicto exponenti et dicti colonis suis plusquam quadraginta florenos damni intulisset, inferrique fecisset, potencia mediante in preiudicium et damnum dicti exponentis jobagionumque suorum prenotatorum valde magnum. Cum autem huiusmodi actus potenciarii juxta constitucionem publicam regnicolarum superinde factam, pro quinto decimo die amonicionis exhinc fiendam per judices regni ordinare semper discuti solent et adiudicare pro eo amiciciam vestram petimus diligenter, quatenus presentes literas nostras memorato magistro Sebastiano crucigero per vestrum testimonium fidedignum exhiberi et presentari faciatis,

qui si personaliter reperiri poterit bene quidem..... de domo habitacionis siue solite sue residencie idem homo vester amoneat eundem dicatque et communicat eidem verbo regio, ut ipse decimo quinto die a die exhibicionis presencium et amonicionis exhinc ipsi fiendum computando, personaliter vel per procuratorem suum legitimum coram nobis comparere prefatosque servitorem officialem ac jobagiones suos statuere debeat et teneatur racionem de premissis reddituram efficacem. Certificantes eundem ibidem ut sive ipse termino in predicto coram nobis compareat, dictosque servitores officiales ac jobagiones suos statuat sive non, nos ad partis comparentis instanciam id faciemus in premissis, quod dictaverit ordo iuris et posthec huiusmodi exhibicionis, amonicionis et certificacionis seriem cum amoniti et certificati statuique commissorum nominibus, ut fuerit expediendum, terminum ad predictum prefato domino nostro regi, suomodo fideliter rescribatis. Datum posonii feria sexta proxima post festum beati Mathie apostoli, anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo.

A levelet a pozsonyi káptalan adja ki Nádasdy Tamás országbiró megkeresésére. Erősen rongált, vizfoltos, több helyen olvashatatlan egyszerű káptalani kiadvány. A keltezés helyén sem vehető ki határozottan a kelet. Nemzeti Múzeum levéltára. Békássy cs. lt.

50.

1552. okt. 23 Eperjes.

Gyalui Torda Zsigmond levele Camerarius Joachimhoz. A háboruk nyugtalanságaitól és veszedelmeitől a birodalmak úgy megromlottak, hogy már nem messze látszik az itélet napja. Nincs a földnek egyetlen részecskéje, mely ne érezné a hadakozások szertelenségeit és a háboru miatti nagy veszedelmet. A Krisztus nevének és az igaz Istent megismerő népeknek ellensége: a török, a napokban elfoglalta Szolnokot, melyet védői elhagytak, annyira megrémültek az ellenségtől. Azután Egert vette ostrom alá, hol nyilvánosan kitünt a magyarok vitézsége és bátorsága, mert senki sem remélte, hogy Eger három napig megmaradjon, és az mindenkinek nagy csudálkozására már szept. 17. óta rettenthetetlenül védelmezi magát, úgy annyira, hogy sokan azt vélik, az ellenség felhagy az ostrommal, mert elgyengült a megannyi csatavesztéstől. Már 16-szor benyomultak, egy alkalommal három nap és három éjjel benn voltak a várban, de az egriek megint minden alkalommal visszakergették őket. A napokban tudatta Dobó István Eger parancsnoka a királlyal, hogy még egy hónapig fenn lehet tartani a várat, addig valami segitség védelmére siethet, ami ha nem következik be, az ellenséget tovább nem tudja feltartóztatni. És a németországi fejedelmek mégis a saját előnyeikért harcolnak. Az Isten gyülekezete mindazonáltal az Isten ki-

nyilatkoztatása mellett fog megmaradni ebben az országot megrenditő állapotban. Melanchthontól értesül, hogy Camerarius olvasta az ő apósának Wernher Györgynek „Némely vizek csodás erejéről és természetéről" szóló könyvét. Ez a könyv szinte a szerző akarata ellenére adatott ki, de éppen most készit apósa a magyarországi eseményekről meglehetősen bő commentáriusokat.

Salutem dico! Ita quassantur imperia bellorum procellis ac tempestatibus, ut iudicis dies non procul abesse videatur, qui antiquatis terrae imperiis tradet regnum sempiternum Deo patri. Nulla pars est orbis, que non senciat armorum strepitus et belli incendia. Hostis Christi nominis, et populorum verum Deum agnoscencium in dies profert longius sui dominatus fines. Zolnok nuper occupata est, deserta a germanis et hungaris, qui in ea erant, tantum conspectu multitudinis turcorum exterritis. Postea Agria obsessa est, ubi longe maior virtus apparuit ducum nostrorum et militum. Nemo enim speravit Agriam ad triduum permansuram, quin in hostium potestatem traderetur. At ea fortissime propugnatur iam a XVII. die septembris summa cum omnium hominum admiracione. Ac multorum exspectacio est hostes ab ea recessuros, postquam tot et tam funestis cladibus affecti sunt. Quocies enim impressionem fecerunt, fecerunt autem omnino decies sexies, et quandoque tenuit impressio triduum dies et noctes, semper sunt repulsi, inusitata suorum strage ex arce edita. Permanent quidem in obsidione pertinacissime, et se eam soluturos non ostendunt. His diebus emissus est a Stephano Dobo duce Agrianorum, ex arce adolescens, cum mandato iussus ire ad regem: Posse servari locum adhuc unum mensem Dei auxilio, nec metuendum esse interim defectum globorum, pulveris, commeatus, succurrat hoc spacio. Quod ni fecerit non esse racionem, qua diucius hostes sustineantur. At vero in Germania de suis commodis principes dimicant. Nec vident fore ut mox a barbaro, vita et fortunis spolientur, nisi mature sibi caveant. Sed fortasse ita hec geri est necesse, estque hec illa σειρὴ χρυσείη.[1] Coetus tamen Dei proprius iuxta oracula divina in hac concussione imperiorum manebit, et mox illucescet lux exoptatissima.

[1] „Arany lánc". Homeros: Ilias VIII. 19. Itt arról van szó, hogy Zeus az istenek gyülésén kijelenti, hogy senki se merjen a háború sorsába beavatkozni, mert ő oly erős, hogy ha egy „arany lánczot" bocsátana le az égből s az összes istenek belekapaszkodnának, akkor se tudnák őt lehúzni, de ő a földdel együtt fel tudná húzni őket. (Dr. Moravcsik Gyula közlése.)

Lectus tibi libellus est soceri mei Georgii Wernheri de quarundam aquarum admirabili vi ac natura editus, quod ex literis Philippi Melanthonis intellexi. Eum scito pene invito autore esse in publicum emissum. At nunc parat socer meus pleniores longe Pannonicarum rerum commentarios a quo tibi persuade te amari et magni fieri. Eius rei me sponsorem accipe. Vale. Data ex oppido Eperies X. Kalendas Novembris M. D. L. II.

Sigismundus Gelous.

Kívül: Clarissimo atque omni literarum et artium genere ornatissimo viro, Domino Joachimo Camerario, amico suo omnibus summis officiis colendo.

Eredetije a müncheni bajor királyi udvari és állami könyvtárban. Collectio Camerariana, Volumen 13, Numero 16. Az eredetiről vett fénykép Thury Etele másolatával együtt a pápai ref. főiskola könyvtárában.

51.

1553 november 18. Eperjes.

Az eperjesiek a szebenieknek. Több tudósítás között hírül adják, hogy Révay Ferencz Pozsonyban elhalálozott, és mert nem volt hajlandó egy szín alatt áldozni, hanem az evangelium mellett állott, nem engedték ott eltemetni.

Unsern freundlichen Grusz zuvor Ersame Nam weise Herren Erhoffte guete Freundt und gonstig liebe Nachparn. Wir haben gestern dies Schreiben von den ersamen Herren von Cascha empfangen, welchs wir E. W. hiemit in specie zulesen zueschickhen haben ein Copei daruon gen Barttffa geschickht, Biten E. W. wollen sich mit beschweren mit dem ehestn solch schreiben weiter den ersamen Herren in die Lewtscha zu vbersenden damit ir W. souer Sie es auch vor genöttig ansehen, wie es denn ist und die ersamen Herren von Cascha vermelden, aine Gemeine-Samblung den erbern Stetten anstellen. Die vorige nacht ist der Onory Adam hie gelegen füret gelt und turch den Kriegesleute auff Jwla zue het befelh an die Stett pure und geleittsleut bis gen Cascha zu geben, welchs wir denn ausrichten muesseten, der zaigt auch an das grosse verfolgens der christen verhanden sei, drauss sagt nur von dreien von Tirna, die da gefangen wern worden, wie er nach daussen gewesen. Zaigt auch an, der Her Reway sei zu prespurg gestorben. Und weil er sub una

specie nit wollen communicirn, sondern das Evangelium frei bekhennt, hat man ihn alda nit lassen begraben etc. Es haben uns vor gestern die Herren von Homonna auch die Witfraw geschrieben und halten an das die Stett samt Inen wolten dartzue thuen und denn einwoneren dis landes wehren, das sie weder wein, noch nichts hinaus gen poln furen sollen, sondern das die polekhen selbs herein khomen und keine kauffen. Wie es vertzenen gewesen, dorumb so die Samblung fur sich gehen wurdt, die Erbern Stett wollen in der sachen auch iren Gesandten bericht und befelh mit geben, dis haben wir E. W. hiemit nit wollen verhalten Thuen dieselbn Gote dem herren befelhen, Datum Eperjes 18. November 1553

Richter und Rat der Statt Eperjes.

Kivül: Denn Ersamen und weisen herren Richter vnd Rat der Statt zebyn, unseren erhafften gueten freundten, und gonstigen lieben Nachparen.

Eredeti, papiron. Nemzeti Muzeum levéltára. Törzsanyag.

52.

1555 március 14. Eperjes.

Gyalui Torda Zsigmond Melanchthonhoz. Pártfogásába ajánlja Crispus Bálintot mert rokona és mert reméli, hogy tanulása által hasznára lesz a hazának, ahol oly kevés a tanult ember. Kéri, engedje meg, hogy az ifju hallgathassa Melanchthon magán előadásait is. Hirül adja, hogy a török a perzsa ellen megújította a háborút, János király fiát pedig Erdélybe szándékozik visszahelyezni, támogatja a tervet a francia király. A visszahelyezés moldvai és török segítséggel fog történni.

S[alutem] d[ico] Petiit a me adolescens Valentinus Crispus ad te commendaticias. Quas ei negare non potui; et quod propinquitate mihi est adiunctus, et quia eius studiis faveo. Spero enim eum preclaros progressus facturum, et patrie futurum ornamento, in tanta hominum eruditorum paucitate et errorum fecunditate. Eum itaque tibi commendo, teque rogo, ut facultatem ei des, ad te adeundi, et te privata schola docentem audiendi. Imperator turcorum bellum in Persam redintegrat. Interim tamen nobishic negocia obiicit, ne quid contra eius statum moliamur. Curavit enim puerum, Joannis regis filium, ad fines e Polonia in arcem Zanok deducendum, ut in regnum ex eo loco introducatur. Cuius restitucionem adiuvat Gallus

per proprium oratorem, ne rex cesari opituletur, in proprii regni defensione scilicet occupatus. Restitucio Moldavorum auxilio, et turcorum procuratur. Quos hinc adversarii sibi occursuros sperant. Vale, meque sicut amas, amare perge. Ex Eperies, XIIII Marcii. M. D. LIIIII.

Sigismundus Gelous.

Kivül: Clarissimo, Reverendissimoque Doctissimo et omnibus virtutibus excellenti viro, domino Philippo Melanthoni, bonarum arcium et coelestis doctrine assertori, preceptori et tanquam patri suo longe carissimo ac perpetuo colendo.

Eredetije a müncheni bajor királyi udvari és állami könyvtárban Collectio Camerariana, Volumen 16, numero 117 alatt. Az eredetiről vett fénykép Thury Etele másolatával együtt a pápai ref. főiskola könyvtárában.

53.

1555. április 9. Krakkó.

Egri Lukács Melanchthonhoz. Szivesen engedelmeskedik mestere megbízásának, hogy híreket írjon neki. Ezt a levelet Krakkóból írja és reméli, hogy husvétra Stöckel Lénártnál lesz Bártfán. Egy nemes ember beszéli, hogy a lengyel király Petriko-ba gyűlést hívott össze és meghagyta, hogy tanácskozzanak a vallás ügyében, hogy az ellenségeskedés megszünjék. Három pontban van megállapodás: Az úrvacsora, a böjt és az ünnepek dolgában. Izabella magyar királyné és fia egy Pinczovita Szaniszló nevű papot kedvelnek, aki az egyházi tan minden megrontását szigoruan ellenzi. Ujabban a királyné kedvez az evangelium ügyének. A török a minap elfoglalt Fülek alatt áll, hogy visszafoglalja, a királyfit Ferdinánd akarata ellenére is visszahelyezi királyi méltóságába. Kálmáncsehi Márton, aki az oltárok kérdésében házsártoskodott, ujabban tanításában már odajutott, hogy az imádság hiábavaló, mert Isten nem hallgatja meg, de mikor Báthori András büntetés alá akarta vetni, elszökött és nem tudni, hol lappang.

Graciam et pacem Jesu Christi precatur, suaque officia commendat. Mandabas mihi discedenti Reverende preceptor, ut occasione nacta, tuam Reverenciam de successu itineris mei cerciorem facerem, pariterque et de iis que in itinere scitu digna audivissem. Mandato igitur tuo clarissime preceptor perlibens parere volui. Et quod ad iter nostrum attinet clementissimo Deo nos per suos angelos sanctos comitante et custodiente Cracoviam usque salvi et incolumes pervenimus. Spero autem hinc quoque Deo annuente citra moram ingratam mature nos proficisci posse, ut ad ferias paschatos apud Reverendum dominum Leonhartum simus Bartphe. Nova permulta sparguntur, verum haud satis certa, inter alia tamen hec cer-

ciora habeo: Referebatur serio a quodam viro nobili comicia indicta esse a rege Polonie in oppidum Petriko ad II. calendas Maias, ac simul mandatum ad proceres regni datum, ut ante diem comicialem diligenter de religione deliberarent, quid tandem in conventu concludendum foret de precipuis ecclesiarum controversiis, ut disceptaciones et distracciones in ecclesiis preciderentur. Narrabat autem idem nobilis, iam de tribus articulis deliberatum esse: De coena Domini, ut porreccio sub utraque specie debeat observari; de ieiunio, ut libere maneant consciencie hominum in cibis; tandem de festis, ut preter sacrum Domini diem et festa mobilia insigniora, reliqua sint in arbitrio ecclesiarum. Procul omni dubio relatum est et hoc quod regina Ungarie et filius regius fovent virum eximie doctum nomine Stanislaum Pinczouitam syncere docentem et acerrime laxantem omnes corruptelas doctrine ecclesiastice profanasque instituciones et observaciones pontificias. Ipsamque reginam quamvis antea infestam doctrine evangelii, nunc una cum regulo filio cupidam et studiosam illi favere, illamque amplecti et audire. Intellexi preterea ex conterraneis meis turcas nunc confluere in arcem Philek nuper occupatam, eoque esse animo, ut paulo post eciam invito Ferdinando reducant puerum in Ungariam et restituant dignitati regie. Quod ad negocia ecclesiastica spectat, Martinum Calmanczehinum, qui de aris digladiabatur, aiunt eo impietatis progressum fuisse, ut auserit docere iam preces omnes ad Deum esse irritas, quia Deus non exaudiret. Sed mox cum a Barone quodam Andrea Bathori in suplicium deposceretur: fuga sibi consuluisse, et sese abdidisse, ut iam ubi gencium lateat, prorsus ignoretur. Hec sunt nova que fide digniora mihi visa sunt. Nunc ne prorsus vacue veniant mee litere ad tuam Reverenciam mitto et munusculum, obulum ungaricum aureum, quod ut gratum habeas Reverende preceptor eciam atque eciam oro. Postremo precor eternum patrem eterni mediatoris nostri ut te ac tuos una cum vestra ecclesia integros salvosque conservet. Bene vale reverende domine preceptor. Date Cracovia 5. Idus Aprilis. Anno 1555.

Lucas Agriensis,
Ungarus.

Reverendum magistrum Casparum Peucerum saluum cupio et illi officia mea gratitudinemque polliceor.

Kivül: Prestantissimo Reverendissimo viro, Venerando Domino Philippo Melanthoni in alma universitate Witebergensi supremo professori, domino ac preceptori suo eternum Venerando.

A müncheni bajor királyi udvari és állami könyvtárban. Collectio Camerariana, Volumen 15. numero 73.

Thury Etele másolatgyüjteményéből, ahol az eredetinek fényképmásolata is megvan. Pápai ref. főiskola könyvtára. Ugyanez a levél megtalálható Pokoly József egyetemi tanár gyüjteményében, ahonnan Zoványi Jenő felhasználta. V. ö. A reformáció Magyarországon 1565-ig 298. l.

54.

1557 január 23. Bártfa.

Stöckel Lénárt Melanchthonnak. Örül, hogy akadt egy emberre, akivel valahára megint levelet küldhet. Még nagyobb volna öröme, ha kellemeset írhatna, de a helyzet másképp áll. Mint ahogy aratáskor hirtelen megsárgul a vetés, olyan a helyzete Magyarországnak: mintha gyors pusztulás fenyegetné. Ferdinánd két háborút viselt. Egyiket a Dunántulon a török ellen, másikat a lázadók ellen az északi felföldön. Elég sikeresen indult mindakettő, de mindegyiket megakasztotta az árulás, a birodalmak közös veszedelme. A védelmezők az ellenség helyett a védetteket pusztítják a téli szállásokkal, vagy dorbézolásaikkal. Az erdélyiek, mig Ferdinánd jármát lerázni igyekeztek, a törökébe estek bele Kiváló vezérek, kik még azelőtt Eger várát az ellenség nagy seregével szemben megvédték, most elárulták azt. Minden gonoszságot fölülmul, hogy arról álmodoznak, hogy ez a helyzet az evangelium ügyének hasznára lesz. Az előző napon melléknapot láttak az égen.

S[alutem] D[ico]. Gaudebam sane post longum intervallum aliquando mihi hominem oblatum esse, cui aliquid ad te literarum darem, Carissime Preceptor! Nihil est enim in hac vita mihi iucundius, quam te absentem quasi presentem intueri, atque in hoc meo tecum veluti sermone habito nonnihil acquiescere. Que quidem animi recreacio multo esset maior, si quid argumentum scribendi iucundius hec tempora suppeditarent. Verum longe aliter res se habet. Ut enim sub tempus messis subito flavescunt segetes, properantes ad suam maturitatem, ita Pannonie status est eiusmodi, ut subitum exicium impendere videatur. Gesta rex Ferdinandus duplex bellum, alterum in Turcos ultra Danubium, alterum in sediciosos in his nostris finibus. Erantque inicia sic satis fortunata. Sed utrinque interruptum est bellum prodicione, communi peste imperiorum. Nostri propugnatores hostibus omissis nos perdunt, cum suis hybernis, vel [propriis] bacchanalibus. Transylvani reducto suo regulo cum matre, dum Ferdinandi iugum excuciunt, inciderunt in Turcicum. Egregios duces, qui ante quadriennium arcem Agriam contra vim

maximam hostium tutati sunt, contra fidem publicam hostibus prodiderunt. Hic ne putas virtuti locum ullum esse relictum. Sed omnes alios furores hoc scelus antecellit, quod somniant hunc statum evangelio profuturum esse. In his extremis perturbacionibus quam operam nos miseri in studiis nostris navare possimus, tuum esto iudicium. Pridie huius diei vidimus παρήλια matutina, et ipsum solem quasi igneum, subinde variatis coloribus. Bene vale, et habe nos tibi commendatos cum semper, tum in tuis invocacionibus. Bartphe XXIII Januarii M. D. LVII.

Leonartus Stöckel.

Kívül: Clarissimo Viro, Domino Philippo Melanthoni, suo carissimo et optime merito preceptori.

Eredetije a müncheni bajor királyi udvari és állami könyvtárban. Collectio Camerariana Volumen 15, numero 17. alatt. Fényképmásolata Thury Etele hagyatékában a pápai ref. főiskola könyvtárában.

55.

1557. augusztus 2. előtt.

A pápai observans ferencrendiek folyamodványa I. Ferdinánd királyhoz. Sokat szenvednek a lutheránusoktól, kiváltképpen Török Ferenctől. Hallatlan káromlást szórnak az oltári szentség és a mise ellen, amit nevetségesnek tartanak. Egy nem papi jellegü eretnek iskolamester szabadságot hirdet a húsevésre; nagyböjt idején a mészárszékben úgy árulják a húst, mint máskor. — Kérik, hogy üzze el az iskolamestert és helyébe katholikus papot tegyen. Annyira fertőzve vannak már a lutheranus tannal, hogy az orthodox vallást kinevetik; sok bajt okoztak már a ferencrendieknek is. Házuk tetejét is lerombolták, úgy hogy egy év és négy hónap óta az eső beesik a tetőn nagy kárt okozva. Ezért az épület fenntartására pénzt kérnek.

Serenissime Rex Semper Auguste et domine, domine clementissime. Supplicant vestre Sacre Regie maiestati deuoti ipsius capellani fratres minores de obseruancia Sancti Francisci in claustro vestre eiusdem sacre maiestatis de Papa degentes. Quatinus in hac tempestate omnipotentis dei maximi intuitu ex innata sua benignitate et clemencia tamquam verus et Christianissimus rex et princeps eius in suam specialem proteccionem suscipere dignetur, ut sub alis et proteccione eiusdem serenissime et clementissime maiestatis deo altissimo conueniencius seruire et pro eodem feruencius exorare valeant. Et quia serenissime rex domine, domine semper auguste hos multum amaritudinis et angustie passi sumus et modo patimur ab istis

lutheranis hominibus sine deo existentibus, signanter a magnifico domino Francisco Thewrek, qui inauditas blasfemias irrogant contra diuinissimum sacramentum Ewcaristie contra sarificium sacrosancte misse, quod ridiculum videtur esse ante eos. Quidam scismaticus lutheranus scholaris, non sacerdos libertatem eis predicat de esu carnium in diebus Jeiuniorum. In macello sic vendiderunt carnes in quadragesime, sicut aliis diebus. Iubeat vestra maiestas eum de medio tolli et catholicum presbiterium loco eius statuere. Nullus enim hic habetur catholicus presbiter preter nos. Multi enim hic lutherana perfidia itai infecti sunt, ut eis orthodoxa fides verissima ridiculum videtur; multas molestias nobis undique inferunt. Ceterum serenissime domine q. are tectura domus nostre per istos milites erant destructa, iam annus et quatuor menses preterierunt. Aqua que pluvialis undique libere descendit et edificio non modicam inferunt iacturam, quare supplicamus vestre maiestati, nobis aliquod subsidium impend medio cuius domus nostra resarciri possit.

e[iusdem] v[estre] m[ajestatis]

humiles capellani
guardianus, ceterique fratres
de cenobio Papensi.

Tuloldalon: Supplicacio ad regiam maiestatem fratrum minorum de observancia in cenobio papensi exhibencium

Az elintézés más kézzel: Commisit maiestas regia his ad reformacionem claustri eorum aliquam summam dari, quibus hoc nomine dati sunt floreni viginti hungarici. Vienne, 2 Augusti. 1557. V. ö.: Karácsonyi János: Szent Ferencz rendjének története Magyarországon 1711-ig. II. k. 136. l.

Rányomott pecséttel. Nemzeti Muzeum levéltára. Törzsanyag.

56.

1557. november 15. Bécs.

I. Ferdinánd Bánffy László panaszára megparancsolja, hogy a bolondóczi plébániához tartozó Knezowa luka nevü kaszáló, amenynyiben a hivatalos vizsgálat csakugyan Bánffy László birtokához tartozónak találja, továbbra is háboritatlanul tulajdonában maradjon.

Ferdinandus divina clemencia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, Archidux Austrie etc. Fideli nostro, magnifico Francisco Thwrzo de Bethlenffalwa, prefecto camere nostre Au-

lice, et consiliario nostro etc. ac ceteris commissariis nostris cum eodem nunc Trinchinii existentibus. Salutem et graciam. Quoniam fidelis noster, magnificus Ladislaus Banffy iam sepius conquestus est maiestati nostre in eo, quod in feneto quodam suo Knezowa luka vocato, ad plebanatum suum Bolondochiensem ab antiquo pertinentem, per officiales nostros Trinchinienses iam a certis annis interturbaretur; et nunc denuo nobis supplicavit, ut attestacionem ea de re collectam revidere iubere dignaremur, ut cognita inde rei veritate, ipsum impedire ulterius in dicto feneto non sineremus. Nos humili supplicacione prefati Ladislai Banffy admissa, fidelitati vestre harum serie firmiter committimus et mandamus, ut acceptis presentibus attestacionales litteras comitatus Trinchiniensis superinde emanatas, et per eundem Ladislaum Banffy vobis exhibendas aperire et revidere, et utrum ad arcem suam Bolondos, seu plebanatum ibidem, vel ad arcem nostram Trinchiniensem prefatum fenetum pertineat, cognoscere, et si ipsius esse, et preter iustum et debitum ad arcem ipsam nostram Trinchiniensem occupatam esse cognoveritis, illud eidem Ladislao Banffy restituere, restituique et remitti, et pacificum illius usum relinqui facere debeatis. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne decima quinta Novembris. Anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo, septimo. Ferdinandus. Nicolaus Olahus Strigoniensis, Joannes Listhius.

Eredeti, papiros oklevél, rányomott papir pecséttel. Nemzeti Muzeum, Mednyánszky cs. lt.

57.

1558. március 12. Bécs.

Oláh Miklós esztergomi érsek Kövesd, Kéthely, Szentmárton stb. a székesfehérvári prépostsághoz és káptalanhoz tartozó birtokok biráinak és esküdtjeinek. Mivel a király rábízta védelmüket, a törökökkel és másokkal szemben, indíttatva azon gondoskodástól, mellyel az Isten egyházai iránt van, amellyel az egyház javait a méltatlan zaklatástól tőle telhetőleg meg akarja szabadítani, elvállalja védelmüket, bár a sajátjával is elég gondja van; ezért meghagyja, hogy Ezpethey Balázs szigeti vitéznek engedelmeskedjenek, akikre védelmük gondját rábízta.

Nicolaus Olahus miseracione divina Archiepiscopus ecclesie metropolitane Strigoniensis, locique eiusdem comes perpetuus, primas Hungarie, legatus natus, summus

et secretarius cancellarius et consiliarius, sacre regie maiestatis etc. Prudentibus et circumspectis judicibus et juratis, ac communitati totalium possessionum Kewesd, Kyethely, Zenthmarton, Boryathy, Cheyke, Bakolcha, Inaom, Bonnya, Sold, Kisthewld, nec non reliquis possessionibus ac porcionibus ad Prepositurarn et capitulum ecclesie Albe Regalis pertinentibus salutem et benevolenciam. Quoniam Maiestas Regia tutelam et proteccionem vestram nobis demandavit, intelligens quod vos diversa damna, iniurias et violencias non solum a Turcis, Christiane fidei hostibus, sed eciam ab aliis quotidie pateremini ac a quibuscunque diversimode vexaremini. Inducti eciam ea pietate, et observancia, qua erga ecclesias Dei utimur, mandato regio ut debemus, obedientes, tutelam ac proteccionem vestram suscepimus. Et licet satis curarum eciam in bonis nostris propriis habeamus, tamen id eo libencius fecimus, quo bona ecclesiarum ab indebita, quorumcunque divexacione, quantum in nobis est, liberari cupiamus. Quare commisimus huic egregio Blasio Ezpethey, militi Zygethiensi presencium videlicet ostensori, ut vestre defensionis post nos curam habeat, vosque in libertate vestra conseruet. Quamobrem vobis harum serie committimus et mandamus, ut a modo deinceps eidem Blasio Ezpethey in omnibus licitis et consuetis, durante beneplacito nostro, obedire et obtemperare, ac ea que ipse vobis nomine nostro iniunxerit, facere et exequi debeatis et teneamini. Secus non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne duodecima die mensis Marcii Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo Strigoniensis etc. manu propria.

Papiron, eredeti. Papirba nyomott gyűrűs pecsét, Nemzeti Muzeum levéltára. Törzsanyag.

58.

1558. május 17. Bécs.

Ferdinánd király tapasztalván, hogy a székesfehérvári nagy és kis prépostság és káptalan területén levő jobbágyok nagyon szánandó helyzetben vannak, mert azonkivül, hogy a török járom alatt élnek kénytelenek elszenvedni a királyi alattvalók hajdúinak és lovasainak rablásait, akik még az ellenségnél is kegyetlenebbűl bánnak velük, — megbízza védelmükkel Oláh Miklós érseket.

Ferdinandus divina favente clemencia, electus Romanorum imperator, semper augustus, ac Germanie, Hungarie et

Boemie etc. rex etc. Reverendissimo in Christo patri, domino Nicolao Olaho, archiepiscopo ecclesie Strigoniensis, locique eiusdem comiti perpetuo primati, Hungarie legato nato, summo et secretario cancellario nostro etc. Fideli nobis sincere dilecto salutem et graciam. Ex querelis universorum subditorum, et colonorum, ad prepositurarn maiorem et minorem, et capitulum ecclesie Albe Regalis pertinencium, in comitatibus Simigiensi, Tholnensi et aliis ubiuis existencium intelleximus, ipsos gravissimas pati afflictiones, damna et oppressiones, cum ab aliis nostris fidelibus subditis, tum vero precipue a quibusdam peditibus et Haydonibus, qui sub tutela nonnullorum fidelium nostrorum degentes, excurrerent et in ipsos aliosque illos, iugo Thurcico subiectos, intollerabilibus exaccionibus depredacionibus ac exquisitis tormentorum generibus ipsomet hoste crudelius grassarentur; unde fieret, ut ab hoste, cui subiecti sunt, et a subditis nostris gravius afflicti et oppressi, miseram ducerent vitam, nec quo se vertant, haberent. Quoniam autem eiusmodi misere plebis afflicciones, nonnisi moleste ferre sumus: Eosdem subditos et colonos, dictarum prepositurarum, et capituli ecclesie Albensis universos, in nostram recepimus proteccionem et tutelam specialem, viceque et in persona nostra, vestre duximus committendos defensioni. Unde fidelitati uestre harum serie committimus et mandamus, ut a modo imposterum, dictos subditos et colonos ecclesie Albensis, ad manus vestras recipere, et occupari facere, ac eosdem in personis, bonis et rebus eorum quibusvis iustis et legittimis, contra quoslibet illegitimos, ac violentos impetitores, turbatores, predones et damnificatores, nostra in persona tueri, protegere et defendere ac protegi, et defendi facere debeatis. Authoritate nostra nobis hac in parte presentibus attributa et concessa, iureque et iusticia mediante. Secus non facturi, presentibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum Vienne, decima septima die Mensis maii, anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo. Ferdinandus.Joannes Listhius.

Papir oklevél, papirba nyomott királyi pecséttel. Nemzeti Muzeum levéltára. Törzsanyag.

59.

1559 február 19.—28. között.

Utlevél gyöngyösi szerzetesek és bírák részére.

E sorok irásának körülménye a következő:

A hatvani vár szandsákban, a világ menedékeül szolgáló pádisáh őfelsége khász birtokai közül való Gyöngyös városának szerzeteseit és bíráit az uton járva senki ne nyugtalanítsa, azért adatott ez a tezkere. Iratott Dsemáziül-evvel hó középső harmadában, a 966-ik évben.

Oldalt két száru tugra, jó pecséttel, Haszan pecséttulajdonos nevével. Török eredetije a gyöngyösi ferencesek tulajdonában. A török levelek közül a 121. sz.

60.

1559. márc. 16. Eperjes.

Gyalui Torda Zsigmond Melanchthonhoz.

Ajánló levél Megalophron Demeter érdekében, aki Torda Zsigmondnak még Páduában tanuló társa volt. Röviden vázolja Megalophron Demeter életét, származását, szolgálatát Radul vajdánál, időzését Chios szigetén és Bizanczban. Mivel ezuttal az a terve, hogy a wittenbergi akadémiát meglátogassa és ott meggyujtott lámpája fényét a görög nemzettel közölje, kéri Melanchtont, hogy támogassa szándékában. Tudatja, hogy a szultán ebben az évben nem tervez hadi vállalatot Magyarországra. A török alatt élő keresztyének helyzetéről tájékoztató levelet Megalophron Demeter kézbesíti

S[alutem] d[ico] Credo equidem raritatem literarum mearum suspicionem tibi creavisse, aut negligencie, aut animi alieni. Sed tibi persuadeas velim, non tantum de amore erga te nihil diminutum esse meo, verum eciam cum maiore quodam desiderii incendio inflammatum, dum nec te video, nec literarum tuarum voluptate fruor. Que ergo, inquis, causa silencii fuit? Tanta me servitus occupatum tenet, ut nulla pars temporis sit vacua, qua vel amicis officium reddere, vel mihi ipse consulere possim. Neque enim itinera, ullam largiuntur laborum recreacionem, neque domi datur requies curarum. Huc accedit quod raciones administrati officii nunc apud consilium ἐξετάζον. Quare veniam pro tua sapiencia mihi dabis iucundissime preceptor. Cum Demetrius Megalophron iter istuc instituisset, expetiit a me commendacionem, qua ad te sibi accessus facilior pararetur. Eam ego tanto ei libencius dedi, quod et veteris necessitudinis ius id pos-

tulabat. Viximus enim inter nos Patavii coniunctissime et alioqui dignum eum mea commendacione, tuoque favore iudicabam. Is natus est in Pannonia inferiore, rascianis parentibus, non diu tamen in patria vixit, contulerat enim se adolescens ad Radulum, despoten Valachie Transalpine, cumque eo Byzancium erat profectus, ubi grece lingue rudimenta percepit, et vernaculum idioma, quod vulgus grecorum loquitur est consecutus. Aliquot annis post in Italiam venit, ibi describendis grecis authoribus, multis honestis hominibus gratam, et publice utilem operam novavit. Ex Italia Byzancium repetiit. In transcursu in insulam Chium deflexit Hermodori, doctissimi viri visendi gracia. Vigent enim adhuc ibi litere, cum insula in potestate sit reipublice Genuensis. Tandem cum filio Domini sui Raduli, Petrasco in Transalpinam, que superior Mysia est, rediit. Mortuo Petrasco, variis fatis actus huc adpulit (!) Dum autem hic versatur, incessit eum cupido visende istius academie, eo proposito quo nullum potest esse honestius, nec laudabilius, ut lampadem istic velut ex sole avectam, grece nacioni communicet. Quocirca a te peto maiorem in modum, ut eum ames, iisque quibus poteris officiis ornare ac promovere velis. Rerum novarum nihil habeo in presencia. Exhibebit tibi Demetrius epistolam cuiusdam de statu christianorum inter turcas. Magnum turcam hoc anno in Hungariam non venturum iam nos persuasum habemus. Vale, meque amare perge. Eperies XVI. die Marcii. Anno Domini M. D. LVIIII.

Sigismundus Gelous.

Kivül: Reverendissimo ac Clarissimo viro, domino Philippo Melanthoni, bonarum arcium et coelestis doctrine assertori, preceptori et tanquam patri suo longe carissimo ac perpetuo colendo.

A müncheni bajor királyi udvari és állami könyvtárban, Collectio Camerariana, Volumen 16, numero 118.

Thury Etele hagyatékában levő másolatról és fényképről. Pápai ref. főiskola könyvtára.

61.

1560. április 4. Nagyszombat.

Derecskei János honti főesperes és esztergomi kanonok sürgeti a korponaiakat, hogy adjanak választ a király és az érsek levelére, amit eddig ők is, plébánosuk is elmulasztott, mert a nagyszombati zsinat ideje már közeledik.

Egregii domini, mihi plurimum observandi, post sa-

lutem meique commendacionem. Notum est eisdem, quod ad litteras Cesaree maiestatis ac Reverendissimi domini Archiepiscopi Strigoniensis eedem hactenus nullum dederant responsum, neque dominus plebanus eiusdem; et iam futura erit Synodus, dominusque reverendissimus archiepiscopus personaliter hic Tirnavie aderit in festo ramispalmarum. Rogo itaque dominaciones vestras ut dignentur respondere iam nunc per litteras, quatenus solus propter alias occupaciones ad easdem venire non possum, quod eandem faciant, vehementer oro. Datum Tirnavie 4. die Aprilis 1560.

Joannes Derechkey archidiaconus Honthensis et canonicus strigoniensis, manu propria.

Kívül: Egregiis dominis Judicy ac consulibus Corponensibus, dominis mihi observandis.

Nemzeti Muzeum levéltára. Törzsanyag.

62.

1560. október 6. Bécs.

Oláh Miklós esztergomi érsek a selmecieknek egyházi szertartáskönyvet küld, különösen emlékeztetve, hogy az nem most készült, hanem régi időkből való, a szent atyák és az egyház által elfogadott hitelü. Megparancsolja, hogy tévelygéseiket elhagyva, az újonnan kigondolt könyvek helyett a megszabott büntetés terhe alatt ezt fogadják el és kövessék.

Prudentes et circumspecti domini, amici nobis honorandi. Salutem. Curavimus modo imprimi libellum quendam ecclesiasticum, non novum, sed a vetustis jam temporibus, per sanctos patres, ac sanctam ecclesiam catholicam receptum et confirmatum. Cuius exemplar cum presentibus literis nostris ad vos mittimus. Et propterea hortamur, ac requirimur vos, ut committatis parochis (Oláh Miklós kezével: et sacellanis) vestris, ut relictis ceteris erroneis, ac noviter excogitatis libris, hunc, quem nos mittimus, teneant et sequantur, sub ea poena, que in eiusdem libri epistola preliminari continetur. In reliquo vos bene valere optamus. Vienne. 6. die mensis octobris. Anno Domini 1560.

Vester Strigoniensis, summus Cancellarius sacre Cesaree majestatis etc. manu propria.

Kívül: Prudentibus et circumspectis dominis judici et juratis ceterisque civibus civitatis Semniciensis etc. Amicis nobis honorandis.

Más egykoru kézzel: Anno 60. Ad 13. octobris presentirt. Schreibt Bischoffs zu Gran von Wien, und schickt ein buch, darin ein papistische Kyrchenordnung begriffen ist, das man solch buch in der Kyrchen halten sol.

Papiros zárópecsét. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

63.

1560. dec. 4. Bécs.

Ferdinánd király Péchy Gáspárnak. November 9. és 15. leveleire válaszolva dicséri buzgalmát, hogy Gyula várát élelemmel és a katonaságot zsolddal ellátni iparkodik. Igéri a Kun Balázs kapitánnyal támadt nehézségek megszüntetését, mihelyt az uj kapitány oda meg érkezik.

Értesült a király, hogy Péchy Gáspárnak és sokaknak kedvezéséből Gyulán lutheránus prédikátor müködik, aki a városi plebánia összes jövedelmeit usurpálja, úgy hogy a katholikus papok nem tudnak miből élni. Ha a dolog valóban igy áll, kijelenti a király, hogy nem türi, hogy ilyenek megtörténjenek; ezért megparancsolja, hogy a papoknak adasson annyit, amennyi létfentartásukra elegendő, hogy az Istennek és a katholikus népnek szolgálhassanak és nekik az egyházi szentelményeket kiszolgáltathassák. Egyházi ügyekbe magát ne ártsa, hanem végezze el azokat, amiket a király rábizott.

Ferdinandus etc.

Egregie, fidelis nobis dilecte. Reddite sunt nobis simul bine tue littere nona, et decima quinta die proxime elapsi mensis novembris, Gywla ad nos date. Ex quibus intelleximus ea, que de rebus illic Gywle a te peractis ad nos scripsisti. Grata est itaque nobis tua diligencia, quam cum in cumulandis ad arcem illam nostram victualibus, tum eciam conquesita militibus illic nostris, aliqua stipendii solucione et aliis eciam in rebus tue cure commissis prestitisti. Quod autem ad eas difficultates attinet, quas te a Blasio Kwn, capitaneo nunc illic nostro pati scribis, nolumus te ignorare. Nos in eo nunc esse totos, ut novum capitaneum, absque longiori aliqua mora, isthuc ad capessendum suum officium expediamus, quo dimisso, et illic presente speramus omnia, melius succesura. Ceterum de cupro, quod a militibus nostris, Thurcis ereptum esse scribis, mandavimus ipsi Blasio Kwn, ut illud ad racionem nostram reservari faciat. Hac ita tibi respondere, ad litteras tuas voluimus.

Intelligimus preterea Luttheranum istic quendam esse concionatorem, cui et tu, et multi alii, applauderent; Qui omnes proventus plebanatus istius oppidi nostri ex tua et aliorum permissione usurparet ita, ut catholici presbyteri,

qui isthic sunt, non haberent, unde vivere possent. Quod si ita est, non potest admodum nobis non displicere, neque pati volumus, ut talia ibi fiant. Quare committimus tibi ut ex proventu ipsius plebanie presbyteris, et concionatori catholico tantum dari et administrari facias, quantum ad eorum sustentacionem sufficiat. Ut Deo et populo catholico servire sacramentaque ecclesiastica eis ministrare quiete possint; tu vero te ad ecclesiastica negocia nullo modo ingeras. Sed procedas in his, que a nobis tibi sunt commissa. Aliud non facturus. Datum Vienne. Quarta decembris. Anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo. Ferdinandus m. p. Nicolaus Olahus, Strigoniensis etc. m. p. Ioannes Listhius m. p.

Kivül: Egregio Gasparo Pechy, aule nostre familiari etc. Fideli nobis dilecto. Gywle ito ito ito -itissime. ito ito

Eredeti, papirosra nyomott királyi záró pecséttel. Nemzeti Muzeum Péchy család levéltára.

64.

1561. április 20. Nagyszombat.

Derecskey János honti főesperes a selmecziekhez.

Kivánságukra kész plébánusaiknak salvus conductus-t adni, bár azt tartja, hogy a jó embereknek, akik feljebbvalóiknak engedelmeskednek, ha a lelkiismeretük tiszta, nincs szükségük salvus conductusra. Jőjjenek csak a papok szabadon, nem lesz bántódásuk. De Cubicularius lelkész a nyelvét megzabolázza, aki nem átall az Isten népe vezetőire rosszat mondani és tisztátalan nyelvét az egyház vezetőire kiölteni.

Prudentes ac circumspecti domini et amici honorandi. Salutem et nostri commendacionem. Litteras dominacionum vestrarum, quibus salvum conductum plebanis vestris dari petitis, accepimus, easque reverendissimo domino Archiepiscopo, prelato nostro graciosissimo ostendimus. Ita enim officii nostri racio requirebat. Quoniam autem viris bonis, et maxime ecclesiasticis, qui episcopis et prepositis suis, ut dominus Paulus, Clemens, Ireneus, et alii apostolorum discipuli iubent, obedire tenentur, et quos malorum consciencia non exagitat, salvo conductu minime necesse sit, mirati sumus vos ista requisivisse. Veniant igitur plebani vestri, neque dubitent secum aliter, quam paterne actum

iri, quemadmodum antea quoque in proxima synodo factum esse meminisse potestis, Monemus tamen vos interim, ut cohibeatis linguam parochi vestri Cubiculary, non erubescentis principi populi dei maledicere, et calamum, osque ac linguam suam impuram contra ecclesie principes extendere. Valete. Datum Tirnavie, die 20. Aprilis, Anno domini 1561. Dominacionum vestrarum bonus amicus.

Joannes Derechkey Archidiaconus Honthensis, Canonicus Strigoniensis.

Kívül: Prudentibus ac circumspectis, dominis judici ac juratis civibus civitatis Semniciensis etc. dominis et amicis honorandis. Ad manus proprias fideliter. Papiros zárópecsét. Nemzeti Múz. levéltára. Törzsanyag. A levelet, melyre ez az irat válasz gyanánt készült, l. Breznyik János: A selmeczbányai ág. hitv. ev. egyház és lyceum története I. 167.

65.

1561. április 27.

Derecskey János honti főesperes és esztergomi kanonok a selmecziekhez.

Arra a levélre, amelyben tőle Cubicularius Ulrik lelkész számára közbenjárást kérnek, tagadó választ ad. Nem vonja kétségbe, hogy Cubicularius Ulrik a közös összejöveteleken imádságot mondott a felsőségért, de cselekedete mást mutat, mert felsőségének nem engedelmeskedik, rájuk gúnyverseket készít, amit saját írása bizonyít. Egyébként már ki van átkozva az egyházból, csak az itélet foganatba vétele van hátra. Ők is részesek lesznek bűnében, ha pártolják. Ezért inti a város lakóit, hogy szálljanak magukba és ne vágják el magukat a katholikus szent egyháztól. Leveléhez mellékelve felsorolja azokat a büntetéseket, amelyek a kiközösítettek pártolóit sujtják.

Prudentes et circumspecti domini, et amici nobis honorandi. Salutem, et nostri commendacionem. Accepimus responsum ad nostras literas dominacionum vestrarum, quo a nobis contendunt, ut parochum earum vlricum Cubicularium, apud principes excusatos habeamus. Licet dominacionibus vestris satisfacere libenter cupiamus, nescimus tamen, quam iuste id facere possimus. Scribunt dominaciones vestre parochum ipsum in publicis concionibus, preces occasionesque fundere, pro principibus populi dei et magistratibus, id quidem merito facit, memor mandati divi Pauli, sed contrarium eum fecisse facereque videmus; nam cum sciat sancte catholice ecclesie, unice sponse Dei constituciones et preses ceremoniasque salutiferas a diuis patribus, maioribus nostris receptas, et omni tempore, et etate observatas, reverenter amplectandas esse, ipse

propria manu eas defedavit, et prelato suo legittimo et ordinario, adscriptis imagini illius quibusdam carminibus irrisoriis, contra obedienciam et reverenciam ei debitam, quantum in eo est, impudenter illusit. Que omnia chyrographum ipsius testatur. Cogitent itaque dominaciones vestre, si hec sunt boni et sinceri evangelici, quem ipse se esse iactitat officia, episcopis scilicet et prelatis prepositisque ecclesie Dei, quos non modo divus Paulus et Apostoli, ac eorum discipuli, Anacletus, Euaristus, Clemens, in variis locis Ignacius, Hyeronimus et alii multi doctores et martyres, sed ipse eciam Christus dominus noster venerandos esse precipit, tam impudenter inhonorare, sicuti ipse parochus vester inhonoravit, qui cum deberet suo prelato esse obediens, est omnino inobediens, propter eius superbiam, obstinaciam, qui eciam iam dudum est excommunicatus, aggravatus et reaggravatus, restatque solum brachium seculare et execucio ordinaria, que eciam nisi resipiscat, exequetur. Ist itaque talis (áthuzva: re) excommunicatus, contumax et Sancte Ecclesie Catholice inobediens, dominaciones vestras docet, maledictis plenus, et hunc talem, contra imperatorem vestrum, contra prelatum fovetis, tenetis et defenditis, et hoc pacto cum excommunicato participatis, quod quam non sit salutare, vel pocius, quantum adferat anime periculum, dominaciones vestre cogitent: Nam et illi, qui participant cum excommunicatis, sunt de facto excommunicati, excommunicati autem ab unione et participacione sanctorum excluduntur, utpote cum quibus nihil omnino habent communionis. Nos nihilominus ubi salva nostra consciencia fieri poterit, peticioni dominacionum vestrarum morem geremus. Cuperemus tamen ut aliquando ad cor reverterentur, et se a sancta Catholica Ecclesia non segregarent, ac eos, qui non sunt ad sacerdocium legittime, et per ordinarios Ecclesie prelatos promoti, et qui eciam ad predicandum verbum dei non sunt legittime missi, non audirent magis, quam suos veros pastores et sanctam Ecclesiam Catholicam. Nam profecto hec seccio et segregacio, vel pocius heresis, nihil aliud, quam anime interitum adfert. Dominaciones vestras feliciter valere optamus. Ex Tirnavia, 27. aprilis. Anno domini 1561.

Joannes derechkei archidiaconus Honthensis
et canonicus Strigoniensis etc.

Mellékelve van a levélhez egy felsorolás mindazon büntetésekről, amelyek az eretnekek védőit, pártolóit sujtják.

Pena credencium hereticis, fautorum, defensorum et receptatorum, quilibet talis excommunicatus est ipso facto, ut in capitulo noverit, de sentencia excommunicacionis et si non satis fecerit, infra annum, extunc ipso jure est infamis, nec ad publica officia, seu consilia, nec ad eligendos alios ad huiusmodi, nec ad testimonium admitti debet, nec potest condere testamentum, nec ad alicuius hereditatis successionem accedere, nullusque ei super quocunque negocio, sed ipse aliis cogitur respondere, si judex est, eius sentencia non valet, si advocatus, non admittitur ad patrocinium, sitabellio, non valent eius instrumenta, et sic insimilibus, si vero sit clericus, ab omni officio, et beneficio debet deponi; qui autem tales postquam ab ecclesia denotati fuerint, evitare contempserit, debet excommunicari. Probantur hec omnia, extra ea excommunicamus, clerici qui talibus exhibentes ecclesiastica sacramenta, vel eos ecclesiastice sepulture tradentes aut elemosinas, vel oblaciones eorum recipientes, privari debeat officio suo, ad quod sine speciali indulto sedis aposolice non restituentur, similiter et regulares, quorum eciam privilegia in locis illis eis non observentur, ut in dicto capitulo excommunicamus, patet, sepellientes eciam eos sunt excommunicati, ut patet in capitulo, quicunque de hereticis libro sexto decretorum multe sunt eciam alie pene eorum in jure expresse.

A vendéglap tuloldalán: Poena, illorum, qui excommunicatos recipiunt et defendunt: preter quam sunt multe eciam alie graviores, que brevitatis causa sunt hic omisse.

A levél harmadik oldalán: Et quia confidenter nobis scripseritis, confiditis in amicicia nostra: et nos tanquam amicus vester quecunque hic audivimus, vobis misimus: vt illi, qui fovent hereticos, intelligatis, qua pena puniantur; hec scripsimus vobis fraterne, si quid volueritis respondere, potestis confidenter.

Kivül: Prudentibus et circumspectis dominis judici et juratis civibus civitatis Schemniciensis etc. dominis et amicis honorandis.

Más kézzel rájegyezve: Ao. 61. ad, 3. May presentirt. Schreibt Derechkey von Tyrnaw, und Zeit an Jnn was gestalt der Pfarher dem H. Bischoff vbel nach redet.

Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

66.

1561 május 13. Sárospatak.

Perényi Gábor, megtekintvén Kopácsi Istvánnak a sárospataki egyház első papjának öregedő korát és hü szolgálatát, mellyel sok za-

var között, teljes éberséggel, hittel és állhatatossággal az evangeliomot már hosszu évek óta prédikálja, a Bodrog mellett a felső város végén egy teljes házhelyet házépítésre, továbbá abból a földből, amely egykor az apácáké volt, 16 holdat, azonkivül a kishegy alatt a Radván-pataka folyón egy malmot adományoz örökáron, elidegenithetetlenül a saját, valamint felesége és utódai számára. Egyben ugy őt, mint feleségét és mindkétnembeli gyermekeit felmenti az összes jobbágyterhek viselése alól.

Gabriel de Peren memorie commendamus, quod venerabilis viri, domini Stephani Kopachi, civitatis huius nostre Sarospatak ecclesie cathedralis parochi et pastoris primarii, fidelissimis serviciis, que idem a multis iam retroactis annis inter varias mundi procellas et turbines summa vigilancia, fide et constancia, in sacrosancti evangelii predicacione prestitit, in posterum quoque prestiturum offert consideratis, volentes eundem de bonis et hereditatibus nostris aliqua particula terre graciose providere, qua nimirum, ipse apropinquantem senectam vel post mortem suam, qua heres avertit, consors liberique eius se fovere, alere et sustentare possent, ex attacto tamen deliberato, quibusvis liberorum morum in futurum ex dei altissimi benignitate procreandorum oneribus et gravaminibus in nosmet ipsos sponte assumptis ad nullius hominis intercessoriam supplicacionem, sed ex ipsissimo beneplacito modo, unum et totalem fundum curialem in fine superioris suburbii huius civitatis nostra in ripa fluvii Bodrogh situm pro edificando extruendoque sibi domicilio idem ad eundem domumque super eo edificatam, ex universis olim virginum monialium terris arabilibusque iugera terre sedecim, quorum una retro earundem monialium domum, altera vero medietas versus montem borkeo jacet sitaque habetur, insuper unum molendinum desuper volvens, super fluvio Radván pathaka, sub monte kishegi vocato, omnino in huiusmodi civitatis nostre Sarospatak territorio in comitatu Zempliniensi existente, et habitam in eisdem fundo curiali, domoque super eodem edificato, terris arabilibus et molendino pretactis, nullumvis nullumve juris et dominii proprietatem pro nobis, nostrisque heredibus et successoribus reservando, sed totum et omnino juris dominiique proprietatem in prefatum Stephanum Kopachi, eiusdemque heredes et posteritates utriusque sexus universas trausferendo, eidem supratacto Stephano Kopachi, et per eum domine consorti, suisque, heredibus et posteritatibus utriusque sexus cum earundem universis emolumentis et utilitatibus iure perennali et irrevocabili, perpetuo tenendam, utendam et possidendam

dedimus, donavimus et contulimus et appropriavimus, prout damus, donamus, conferimus et appropriamus, ipsis premisso iure incumbentibus, perpetuo possidentibus, nobis nostrispue successoribus provenire debentibus, qua census et alterius cuiusvis perennacione tam ordinarie, quam extraordinarie contribucionis dacione et solucione, serviciorumque cuiusvis generis exhibicione, qua alias a reliquis unanimiter subditis nostris errore (?) domorum et agrorum suorum de iure nobis conferri et prestari solent, sepefatum Stephanum Kopachi, et per eum dominam consortem et liberos eiusdem utriusque sexus universos penitus eximentes, et liberosce in perpetuumque manere et observare et observari facere volentes, atque permittentes harum nostrarum vigore et testimonio literarum sigillo armali chirographoque nostro communitarum mediante. Sarospatak 13. Maji anno 1561.

A XIX. sz. elejéről származó egyszerű másolat, helyenkint egy más kéztől eredő javításokkal és pótlásokkal. Nemzeti Múzeum. Szerdahelyi cs. lt.

67.

1561. augusztus 7. Bártfa.

Faber Tamás iskolamester ünnepélyes humanista levélben meghivja Selmecz város tanácsát néhai Stöckel Lénárt leányával, Annával szeptember 16-án tartandó esküvőjére. Érvei közt megemliti, hogy Stöckel, aki mintegy húsz évet töltött az ifjuság nevelésében, Magyarország e szélső részeit a külföld előtt ismertté tette és tisztességét gyarapította.

Serviciorum meorum commendacionem promptissimam offero circumspectis dominis vestris.

S[alutem] P[lurimam] D[ico.] Multe fortasse recenseri possent cause cur non silencio, sed quadam cum solennitate conviviorum et presencia hominum honestissimorum auspicia matrimonii ineantur et confirmentur. Verum he due videtur esse precipue: Prima quidem, ut ipse apparatus et convivarum conventus sint testes legitime contracte copule, secunda vero ut sit discrimen discipline publice perutile inter honesta ac voluntaria coniugia. Et ea, que eciam invitis personis, propter minus honestam consuetudinem sepe decreto legum ciuilium contrahuntur. Neque enim est possibile, ut res humane diu in tranquillo consistant, ut Tragicus quidam inquit, si eodem in loco promiscue boni et mali habeantur.

Illi namque destituti calcaribus in studio virtutis paulatim languescerent, hi vero spem impunitatis nacti nescio quo audacie ferrentur. Quapropter omnino probande sunt recepte consuetudines, que cum ad alias acciones honestas, tum maxime ad vincula coniugalia ornanda adhiberi solent. Inter quas tamen precipua est ea, qua presencia optimorum quorumque virorum exoptatur. Ut autem eo facilius, quo fine hec a me dicantur intelligatis, brevittr in sequentibus et quam potero perspicue animi mei sentenciam circumspectis, dominacionibus vestris aperire volo, enixe petens, ut pro vestra humanitate, non tantum attente, verumeciam benevole, hec que a me scribuntur excipiatis:

Cum genus humanum ita sit conditum divinitus, ut paucissimi extra vitam coniugalem castitatis leges observare possint, presertim in hac nature corrupte condicione, requirit deus, ut omnes conscii sue infirmitatis et iustam etatis maturitatem consecuti prime illi ordinacioni adhuc in paradiso institute se subjiciant et iuxta institucionem divinam moremque suo cuique loco proprium, unicam sociam vite eligant eamque indissolubili nexu sibi per iuramentum iungant. Huic voluntati divine obsequium prestare volens, prius tamen re diu deliberata et implorato auxilio diuino adoptavi mihi in conjugem Annam virginem, filiam Leonarti Stökelii jam in Christo defuncti, in quem singularia vestre reipublice viri ornatissimi benevolencie extant documenta et quidem rem eo deduxi ut impetrato eo quod optavi, dies nupciis sit indictus XVI. septembris. Ad has igitur ornandas vos prudentes ac circumspectos viros dominum judicem omnesque iuratos civitatis schemnicensis, ego cum tota familia Stökeliana invitamus, humilime petentes, ut non tam quidem mea causa, quam propter memoriam amicicie, que vobis cum Stökelio fuit ad eum diem adesse velitis et per adventum vestrum decori eius viri filie esse, qui hasce finitimas partes Ungarie sua industria, quam totos XX. annos prestitit in docenda iuventute exteris nacionibus partim notas reddidit, partim vero decus earum amplificavit. Etsi autem videntur mihi deesse argumenta, quibus hoc circumspectis dominacionibus vestris persuadeam, tamen existimo equitatem ipsius peticionis habituram esse pondus aliquod. Nihil enim est magis ex officio virorum politicorum, quam ut sint ornamento honestis accionibus, qualem hanc meam esse scio. Primum namque authorem habet Deum non hominem, adhuc in integra

natura dicentem, propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem et adherebit uxori sue et erunt duo in carne una, deinde habet plura alia encomia. Est enim seminarium non tantum reipublice, sed eciam ecclesie, idque in genere quodamodo eciam Plato ex racione humana deprehendit, inquiens; in sexto de legibus, opportet coniuges studere perpetuitati nature, ut liberos lierorum relinquentes cultores deo in suum locum substituant. Verum de his clariora extant testimonia in verbo dei, que nunc brevitatis causa omitto, presertim cum e vobis non ignota esse sciam. Addo eciam illud, quod filius dei eam coniunccionem, qua vinctus est sue ecclesie, huic vite matrimoniali sepius confert, ita ut nullum sit dubium hoc propositum meum non tantum hominum opinione, verumeciam deo patrocinante esse honestissimum. Nihil itaque indignum vestro loco et authoritate feceritis viri ornatissimi, si per vos aliquid ornamenti huic accesserit. Quod equidem tanto prompcius ac libencius facietis, si in animum revocaveritis et quo amore Leonartus Stökelius vestrum rempublicam sit prosecutus et que vicissim, ipsa beneficia in eum contulerit, pro quibus si non re ipsa vobis satis fecit, animo tamen satisfacere semper est conatus. Ceterum ne me quoque silencio prorsus pretteram, qui nihil magis exoptem, quam in aliqua parte vestre gracie herere, is sum, qui quidem patriam non prorsus vobiscum eandem habeo, tamen ita vicinam, ut nulla inter vestram civitatem et Novosoliensem nisi loci et ea eciam per exigua sit separacio. Videor itaque presenciam vestram ad nupciale meum gaudium quadam vicinitatis prerogativa non inepte expetere. Sed fortasse hec vobis legentibus occurret illud poëte, ignoti nulla cupido. Idcirco me inepte facere, qui a vobis nunquam cognitus tale officium, quod tantum familiarissimisquibusque prestari solet, optare audeam. Verum contra hoc telum habeo clypeum invictissimum, nempe Christum, qui cum sepe alias in eandem senciam, tum eciam in V. cap. Matthei inquit: Diligite inimicos vestros, hoc est, prestate illis opera dileccionis. Hinc ita raciocinari licet, si Christus non vult contemni inimicos, quanto minus ignotos, non inimicos, imo nobis eciam bene cupientes, ex quorum certe numero me quoque esse profiteor, qui quantulacunque laude virtutem vestram ornare studui semperque studebo. Iam itaque ut breviter abrumpam sermonem epistole iterum hoc quod prius petivi nunc eciam in fine repeto et me in vestram tutelam patrocini-

umque commito nihil magis exoptans, quam ut eundem animum vestrum benignum atque paternum erga me ostendatis, quo alios literarum studiosos complectimini. Hisce vos cum tota Republica et ecclesia vestra in manus omnipotentis dei commendamus et ut is vos ab immanissimi hostis tyrannide defendere velit ardentibus votis expetimus. Bene ac feliciter valete. Date Bartphe VII. Augusti, Anno M. D. LXI.

Observantissimus vestri Thomas Fabri

Kívül: Prudentibus ac circumspectis viris dominis judici et juratis civibus civitatis Shömmiciensis Sacre Cesaree Maiestatis dominis et patronis tocius literari ordinis omni observancia dignissimis.

Más kézzel: Ad 18. Augusti presentata. Schreibt Thomas Faber schulmeister von Barffelt welcher zu des Lenhart Stökls selig, Tochter heuret, unnd ladet ein Ersamen Rat, auf kunfftig 16 Monats septembers zur hochzeit.

Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

68.

1561. aug. 10. Bécs.

I. Ferdinánd király Kányaföldi Kerecsényi László gyulai prefectusnak és alsómagyarországi főkapitánynak.

Gyulai Gál András arról panaszkodik, hogy a katholikus hit ellenesei és egyéb ellenfelek miatt, akik iránta gonosz indulattal vannak, nem tud tovább Gyulán megmaradni; ezért megparancsolja király, hogy a főkapitány Gyulai Gál Andrást sem személyében sem javaiban háborgatni ne engedje, hanem minden eszközzel védelmére legyen.

Ferdinandus diuina fauente clemencia electus Romanorum imperator semper augustus, ac Germanie, Hungarie, Bohemie etc. rex etc. Fideli nostro, magnifico Ladislao Kerecheny de Kanya fewlde arcis et oppidi nostri Gywlensis prefecto, ac supremo parcium regni nostri Hungarie inferiorum capitaneo, salutem et graciam. Supplicauit nobis humiliter fidelis noster egregius Andreas Gal de Gywla, vt quum ipse ob nonnullorum a fide et religione catholica dissenciencium emulorumque suorum, mala erga ipsum affeccione, istic Gywle secure permanere non posset, dignaremur sibi clementer annuere, ut istinc se habitandi gracia alio conferre posset, quem cum nos istic secure manere velimus. Fidelitati tue harum serie firmiter committimus et mandamus, quatinus acceptis presentibus eundem Andream Gal, in persona, rebusque et bonis suis

quibusuis ubiuis existentibus iustis utputa et legitimis tam tu non impedire et molestare, quam vero contra alios eciam quoslibet impetitores, turbatores, et infestatores violentos tueri et defendere is[tic] Gywle, secure et pacifice manere permittere et permitti facere modis omnibus debeas et tenearis. Secus non facturus, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne decima die mensis Augusti, anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo primo. Ferdinandus. Nicolaus Olahus Strigoniensis archiepiscopus. Joannes Listhius.

Eredeti. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

69.

1561. okt. 10. Prága.

Zakariás pharosi püspök és pápai nuncius az egri püspökhöz. Hogy könnyebben és hathatósabban védhesse a katholikus hitet a lutheránusok és más eretnekek ellen, teljesen megbizva állhatatosságában és hite szilárdságában, megengedi neki, hogy a lutheránusok és más eretnekek tiltott könyveit olvashassa, magánál tarthassa, magyarázhassa és cáfolhassa nyilvánosan és privatim; megengedi továbbá, hogy a püspök egy-két káplánjával, vagy egyéb szolgálatában állókkal a hora canonica-t a néhai Ferencz, a jeruzsálemi szent kereszt kardinalisa által szerkesztett breviarium szerint mondhassa.

Zacharias dei et apostolice sedis gracia episcopus Pharensis ad invictissimum principem Ferdinandum, Romanorum et Hungarie ac Bohemie regem in imperatorem electum, sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Pii diuina prouidencia pape quarti, et apostolice sedis nuncius cum potestate legati de latere. Reverendissimo in Christo patri domino, domino Agriensi episcopo, salutem et sinceram in domino charitatem, ut facilius et efficacius fidem tueri catholicam, et eius defensioni aduersus lutheranos et alios hereticos paraciores atque instrucciores adesse valeatis, vobis de cuius doctrina, fide, constancia et integritate plurimum confidimus, ut libros lutheranorum, et aliorum quorumcunque hereticorum damnatos et legi prohibitos habere, tenere, legere et interpretari, ac in eis contenta damnata refellere et inpugnare publice et privatim, nec non et una cum uno aut duobus capellanis vel aliis familiaribus uestris per uos pro tempore eligendis horas canonicas diurnas pariter et nocturnas iuxta ritum et usum Breuiarii noviter et bone memorie Franciscum presbiterum cardinalem tituli Sanc-

te crucis in Hierusalem editi et per sedem apostolicam approbati dicere et recitare absque alicuius censure seu pene ecclesiastice incursu libere et licite possitis ac ualeatis auctoritate apostolica nobis concessa et conmissa, ac qua fungimur in hac parte tenore praesencium plenam et liberam licenciam ac facultatem concedimus. Non obstantibus quibusvis apostolicis ac in prouincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus uel specialibus, constitucionibus et ordinacionibus, ceteris contrariis quibuscunque. Datum Prage sexto Idus octobris, anno a natiuitate domini millesimo quingentesimo sexagesimo primo. Pontificatus eiusdem sanctissimi domini nostri, domini Pii pape quarti. Zacharias episcopus Pharensis, nuncius etc. Visa Antonius Cauchius auditor. Desiderius Labbe abb . . . . or et notarius.

Eredeti. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

70.

1562. augusztus 18. Bécs.

Prágai Plauenides János a bölcsészet és a müvészetek baccalaureusa Pozsony városához.

Értesült róla, hogy Bécs főiskoláján számos tudós ember van, ezért néhány hét előtt oda ment; a pestis azonban annyira megfogyasztotta a hallgatóságot, hogy neki is gondolkodni kell, ha okosan kiván élni az idővel, hogy idején másfelé vegye az utját. De nem akar emlék nélkül távozni, mint valami néma eb. Látja, hogy Magyarország a török iga alatt mily szánandó állapotra jutott. Felsorolja az obligát atrocitásokat, a hitveseken való erőszaktételt, szűzek megrontását, csecsemők lemészárlását stb. Hogy mindez rajtuk is meg ne essék, az egyetértés szükséges, mert az egyetértés le nem győzhető. Ezért irt egy epigrammát az egyetértésről, amit felajánl a város urainak, maga számára pedig utiköltséget kér.

S. P. D. Magnifice D. Consul. Reverendi ac amplissimi D. Senatores. Postquam audiuerim academiam inclyte urbis Vienne viris doctis esse celeberrimam, ut aliquod emolumentum ex honestis studiis capere possim ante aliquot septimanas eo me contuli, verum propter luem istam, que iterum paululum grassari incipit, et numerum scholasticorum decrescere, et studia ipsa frigere video. Proinde si honesto meo ocio consultum esse nolo, ad tempus alias me conferre necesse est. Ne autem tanquam mutus canis Vienna discederem, specimen ingenii mei, quod sit tanquam μνημοσινόν relinquere uolui. Videmus crudelem tyrannum nostrum Turcam, vicinam et amoenis-

simam regionem Hungarie de die in diem depopulari et uastare, omnes facultates, imo et vitam ipsam crudelissime adimere, coniuges stuprare, virginibus vim inferre, infantes trucidare, reliquos in horrendam et miserrimam seruitutem abstrahere et abducere, pecora abigere et summatim omnia nefanda et atrocissima scelera et flagicia patrare et exercere. Ne et nobis miseris id accidat, (Quod Omnipotens clementer auertat) itaque deum optimum maximum toto pectore, ut ipse pro nobis contra crudelissimum hostem pugnare dignaretur, deinde simus concordes, concordia enim insuperabilis est. Hec auxiliante deo vires tyranni strennue refringere poterit, ideo epigramma quoddam de concordia utcunque conscripsi, quod vestris amplissimis Magnificenciis dicare potissimum placuit. Peto itaque, ut vestre amplissime Magnificencie hoc exiguum munusculum candido, benigno ac lubenti animo suscipere, et mihi aliquod viaticum donare, mittereque dignarentur, id si vestre amplissime dignitates fecerint, nil gracius unquam mihi accidere poterit. Multa de concordia scribere possem, verum ne oracio uerborum foliis luxuriet, nunc omittam. Oro autem eternum patrem domini nostri Jesu Christi, ut consilia vestrarum amplissimarum Magnificenciarum ad gloriam sanctissimi nominis sui, nec non ad utilitatem proximi clementissime dirigere dignaretur. Quod superest, syncero corde precor, ut deus optimus maximus vestras amplissimas Magnificencias tam diu incolumes conseruet, quot Mathuzalem secula. Date Vienne Austrie, 18. Augusti 1562. Responsum clemens expeto. V. A. M. addictissimus deditissimusque Joannes Plauenides Pragenus, philosophie et arcium liberalium baccalaureus.

Kivül: Denn Ersamen Weyssen Herren Burgermaister vnd Rattmannen der Statt Pressburg, meinen gunstigen lieben herren. Más, egykorú kéztől eredő feljegyzés: 20. Augusty A° 62. Sein jm 2 1/2 taller gehen worden.

Eredeti. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

71.

1562 szeptember 5. Gyula.

Kocsilith Péter aradi prépost Papokfejéregyháza nevű faluját ideiglenes használatra átengedi Horváth Ferencnek.

En Kochylyth peter, arady preposth, vallom ez en levelemben, hogy szepesy prepost vram es az nagysagos

Kerecheny Lazlo vram keresere, feokeppen kedig draskovyth pevspek vramra valo tekentetemben, arady preposthsagomhoz valo egy falvmath papok feyeregyhazath engedtem es adtam horvath ferencz vramnak mynden jevedelmevel es Bor arvltatasaval chak addyg myg capitan vram Kerecheny vram ev nga. it lezen gyvlan, ennek bizonsagara adtam ez en levelemeth pechetem es kezem irasa alath. Actum gyvle, 5. die septembris. Anno domini 1562. Idem prepositus Orodiensis, manu propria. Fateor me interfuisse Gregorius Bornemyzza prepositus Scepusiensis, Ladislaus kerechen manu propria.

Nemzeti Múzeum, Gr. Barkóczy cs. levéltára.

72.

1562. október 16. Bécs.

Oláh Miklós esztergomi érsek a pozsonyi polgároknak. Thamerus Györgyöt pozsonyi kanonokká nevezte ki. Felszólítja és kéri őket, hogy legyenek neki segítségére és gondoskodjanak jövedelméről, hogy szükséget ne lásson.

Prudentes et circumspecti domini et amici nobis honorandi. Salutem. Hic magister Georgius Thamerus, cui nos ob singulares animi sui dotes canonicatum Posoniensem obtulimus, ad vos descendet. Quem vobis unice commendamus, hortantes vos, ac eciam rogantes, ut eidem omni auxilio adesse uelitis, ac ita eius prouentibus et necessitatibus providere, ut annuali victu ne egeat. Quod si feceritis, facietis nobis rem gratam. Vobis autem valde utilem. Speramus nos quoque deo dante brevi ad vos redituros. Valete. Vienne ex Nicoletho nostro. 16. Octobris. Anno Domini 1562. Vester Strigoniensis, Summus cancellarius. s. cesaree et regie maiestatis etc. manu propria.

Kivül: Prudentibus et circumspectis, judici, magistro ciuium, juratis ciuibus ciuitatis Posoniensis etc. dominis et amicis nobis honorandis.

Eredeti. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

73.

1563 március 6. Pozsony.

Oláh Miklós esztergomi érsek, kancellár és királyi helytartó elismervénye 300 magyar forintról, amelyet fizetés fejében Mossóczy Lászlótól, a magyar kamarai jövedelmek perceptorától kézhez vett.

Nos Nicolaus olahus, diuina miseracione archiepiscopus ecclesie metropolitane Strigoniensis, primas regni Hungarie, sancte et apostolice sedis legatus natus, summus secretarius, cancellarius ac locumtenens, sacratissime cesaree, regieque maiestatis etc. Recognoscimus per presentes literas nostras, nos ad racionem salarii nostri accepisse et levasse, ab egregio Ladislao Mossoczy, perceptore prouentuum camere Hungarice sue Cesaree maiestatis, florenos trecentos hungaricales super quibus eundem Ladislaum Mossoczy, perceptorem, quietum reddimus et expeditum, testimonio presencium mediante. Datum Posonii, die sexta marcii. Anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo tercio. Strigoniensis etc. manupropria. qp. flor. 300.

Eredeti. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

74.

1563 julius 28. Pozsony.

Thwsi[1]) Imre a szakolczai salvatorianus ferencrendüek nevében Mossóczy Lászlónak ötven magyar forint átvételéről nyugtatványt ad.

Ego frater Emericus de Thws procincie Hungarie salvatoris minister in cenobio Zakolczensi commorans, fateor et recognosco per presentes litteras meas me ad racionem centum florenum, quos sacratissima Cesarea Regiaque Maiestas in sustentacionem nostrorum una uice dandos commisit, accepisse ab egregio domino Ladislao Mossoczy, perceptore proventuum Camere Hungarice Sacre Cesaree Maiestatis, florenos quinquaginta hungaricos. Super quibus eundem dominum Ladislaum Mossoczy quietum reddo et expeditum, testimonio presencium mediante. Actum Posonii die vigesima octava mensis Julii anno domini Millesimo quingentesimo sexagesimo tercio. Más kézzel: qp. flor. 50.

Frater Emericus
qui supra, manu propria.

[1]) Karácsonyi: Szent Ferenc rendjének története Magyarországon. II. k. 155. lapján Tuzsér Imrének nevezi. Ennek és a következő oklevélnek adatait a könyvben nem találjuk.

Rányomott papir pecsét. Nemzeti Múzeum, Levéltári osztály. Törzsanyag.

75.

1563 szeptember 15. Pozsony.

Csáky János, a szakolczai salvatorianus ferencesek guardianja nyugtatja, hogy a király rendelkezéséből nyert 50 forintot Mossóczy magyar kamarai perceptortól a monostor javitására fölvette.

Nos frater Joannes de Chyk Guardianus monasterii fratrum sancti Francisci de observancia in ciuitate Zakolczensi fundati, et Nicolaus de Papa frater eiusdem ordinis, fatemur et recognoscimus per presentes litteras nostras nos nomine et in persona tocius conventus fratrum nostrorum accepisse ab egregio domino Ladislao Mossoczy, perceptore proventuum Camere Hungarice sacratissime Cesaree Maiestatis, ad restauracionem monasterii nostri ex clementi commissione Maiestatis sue Sacratissime florenos quinquaginta hungaricos in monetis. Super quibus eundem dominum perceptorem quietum reddimus et expeditum, testimonio, presencium mediante. Actum Posonii die decimaquinta septembris. Anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo tercio.

Más kézzel: qp. flor. 50.

Rányomott pecséttel aláirás nélkül. Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

76.

1563. szeptember 28. előtt. Pozsony.

Kis Péter kérvénye Pécsről, aki hat évvel előbb arra vállalkozott, hogy az egész török hadszinteret elkészíti latin magyarázatokkal, a török császár főtitkára segítségével, aki neki honfitársa. A munka jórészben készen áll, de szembaja miatt nem fejezhette be. Azonkivül két fiát és két leányát veszitette el pestisben, s csaknem maga is elpusztult. Elszegényedve, elnyomorodva, felesége éppen anyai örömök előtt áll, s erre sincs költsége. Látható bőbeszédűséggel segélyt kér. Az elintézés az akta külső lapján olvasható.

Sacratissima regia maiestas, domine et patrone michi perpetuo clementissime.

Humillimam mei et seruiciorum meorum, in graciam maiestatis vestre sacratissime fidelem, perpetuamque commendacionem, superiori anno circiter sexiennio, dum sacra eleemosyna, in camera Hungarica, per maiestatem vestram Sacratissimam mihi misero, graciose elargita, adiutus eram, beneficii etenim adepti, nolui maiestati

vestre sacratissime ingratus esse, verumquidem eotunc pollicitus eram per dupplicacionem meam, ut gracia diuina me iuvante, vestre sacratissime maiestati, universum campum thurcicum, a summo secretario et interprete cesaris thurcarum, compatriotta meo in campo sul Buda 1541 posito, declarato, fideliter certis emblematibus ordinariis depictis, atque eundem latine declaratis, adurata mea diligencia perscribere.

Clementissime princeps, fateor me pro ingenioli mei tenuitate euigilantissima opera mea iamiam maiori ex parte ferfecisse, verumquidem adhuc nonnulla imperfecta desiderantur, causa precipua hec est, ut per continuum triennium, circa diem Bartholomei semper dolore oculorum grauissime laboravi, superiori vero similiter anno (permissione diuina sic volente) lue pestilentica, duo filii atque due filie mee charissime (proh dolor immortalis) defuncti sunt, priuatusque sum ab omnibus meis liberis, solitarius remansi cum uxore mea. Ego ipse similiter a festo Bartholomei, usque quadragesimam proxime preteritam, in eadem contagione pestilenciali semivivus gravissime decubui, ubi vix gracia diuina preseruatus sum, in longa ettenim mea exiciali infirmitate, quicquid acquisiti habebam, id totum, ad amussim, in refeccionem miserrimi corpusculi mei exponere coactus sum, iamque ita depauperatus sum, ut quottidianum victum miserrime habeam.

Quare vestre sacratissime maiestati, tanquam domino et patrono meo perpetuo clementissimo, pro deo immortali, humillime supplico, nolit michi vicio vertere, quod hactenus prefatum campum thurcicum (adiuncto eciam campo generali christianorum, mea opera adinvento) iuxta meam promissionem, perscribere non potuerim, curabo ettenim breui, venustis ac legibilibus caracteribus perscribi facere, ac tandem maiestati vestre sacratissime personaliter personaliter ad legendum perferre, fortassis eo lecto, gracia diuina, aliquid oblectamenti in rebus bellicis, ad arma summenda contra in fidelissimum thurcam, maiestas vestra sacratissima senciet atque cognoscet.

Dignetur itaque vestra sacratissima maiestas, in camera aulica, vel hungarica, graciosum aliquod subsidium, genuina sua regali erga miseros, pietate atque clemencia erogari, vel si id fieri quavis racione non posset, extunc ex affutura dica comitatus Posoniensis, maiestas vestra sacratissima certam summam pecunie deputare dignetur, nam in longa mea infirmitate ut dixi, omnia bona mea

absumpsi, multisque debeo per me leuata coniunxque mea miserrima (ut pace maiestatis vestre sacratissime dixerim) denuo est pregnans. Speroque altissimum dominum, iterum filium breui habiturum, in cuius partum, nullas habeo expensas, totamque spem meam, post deum optimum maximum in solo gracioso subsidio, vestre sacratissime maiestatis collocatam habeo, cuius erga me veteranum suum fidelem, graciosum beneficium perpetuis temporibus, altissimum dominum, pro eterna beatitudine maiestatis vestre sacratissime, necnon serenissime domine regine, eiusque liberis charissimis sum exoraturus.

Eiusdem sacratissime maiestatis vestre, veteranus fidelis

Servitor et orphanus miserrimus, Petrus literatus
Kys quinqueecclesiensis.

Kívül: Humillima supplicacio Petri literati kys Quinqueecclesiensis.

Más kézzel a következő rendelkezések: Camere hungarice pro consilio presentandum. 28. septembris 63. — Situm est in arbitrio sacratissime Cesaree et Regie maiestatis, neque vero campus, neque quicquam est, cur huic subueniatur, nisi paupertas ipsa. Fortasse poterunt ei sex vel decem florenos decerni. Ex camera hungarica. 9. octobris. Ao. 63. Dominis prefecto et consiliariis camere hungarice restituendum et Sacre ces. Maiestatis nomine benigne mandandum, ut huic supplicanti octo florenos e prouentibus sibi commissis largiri velint. Ex camere aulice consilio XIX. Octobris Ao. LXIIIo. — Domine perceptor juxta mandatum S. Cesaree maiestatis huic supplicanti hac vice saltem da octo florenos hungaricales. Accepta quietancia. Posonii die XXI. octobris. Anno domini MDLXIII. Ex consilio camere Hungarice Sacre Caes. maiestatis. Sigismudus Torda mp. Georgius Hozutoti.

Nemzeti Múzeum levéltára. Törzsanyag.

77.

1563 november 22. Pozsony.

Bakóczy Katalin az óbudai clarissa apácafőnöknő, — aki ezidőszerint már Pozsonyban tartózkodott, — nyugtát ad 200 rajnai forintról, amelyet a Pozsonyban épitendő monostorri épületekre Mossóczy László magyar kamarai perceptortól fölvett.

Nos Catherina Bakoczy abbatissa, et conventus virginum vestalium veterum Budensium, nunc Posonii manentes, fatemur et recognoscimus per presentes litteras nostras nos percepisse et levasse ab egregio domino Ladislao Mossoczy perceptore proventuum camere Hungarice, sacratissime Cesaree et Regie Maiestatis, ad edificacionem edi-

ficiorum monasterii nostri Posoniensis per eandem sacratissimam Cesaream et Regiam Maiestatem nobis donatos florenos in moneta ducentos Renenses. Super quibus eundem dominum perceptorem quietum reddimus et expeditum presencium per vigorem sigillo nostro conventuali munitarum. Datum Posonii die 22. mensis novembris, anno millesimo quingentesimo sexagesimo tercio.

Más kézzel: qp. R. 160.

Subscripsit Paulus
Kysseryeny manu propria.

O quoties nostrae specimen tibi mittere mentis
Et volui tenerae prima elementa lyrae.
Ut te nostra virum celebraret epistola magnum
Nomine dilecti quem genitoris amo.
Hactenus ast vetuit pudor a ruditate profecta
Cymba nec in tali nostra natavit aqua.
Nunc vestrae placido fretus bonitatis amictu
Quo facile quosvis, vir verenande, tegis.
Litterulae vestras nostrae verguntur ad aedes,
Ista igitur placide qualiacunque legas.
Quae si nostra tibi sensero scripta probari,
Liberius posthac musula nostra canet.
Vive diu felix multos ad Nestoris annos,
Te precor incolumem servet ut ipse deus.
Servet felicem te ut euntibus undique fatis,
Detque precor vestrae prospera quaeque domus

Debrecino 1594. 4. Octobris.

Benedicto Meszleni praeceptori salutem.

Forsitan unde tibi mittatur epistola quaeras,
Condita quae imparibus scripta venit pedibus?

Haec tibi Miscocius Stephanus nunc mittit ab oris
Debreciis, ubi de fonte bibuntur aquae.
Flumina nec nostros possunt ambire penates,
Copia sed sabuli nos habet ampla rudis.
Scilicet ut nostrum testantia vota favorem
Ingeniique mei symbola quaeque darem.
His simul ut nostrum, quo te complector amorem
Declarem: hoc gratae sit pietatis opus.
Nostra igitur hilari jam ludicra suscipe fronte
Pectoris, et placide qualiacunque legas.

XI. Octobris.

Triennium Debrecini apud dictum hospitem exegi, qui singulas fere filii sui attritas vestes mihi utendas tradidit, et ita humaniter habuit, ut (quod vix credas) non solum manus cohibuerit a plagis, sed ne quidem verbo austeriori mihi locutus fuerit. Duxit ille aliam rursus conjugem, in platea Czeglediana Georgii Niomoka viduam, tunc unius filiae matrem, quam ego intra unius anni spatio et scribere et legere vernacule docui, quae postmodum venerando Stephano Detsi nupsit.

Az 1594-iki tatár betörés elől Debrecenből Ujhelybe menekül. Versenyre kel tudományban az újhelyi öregebb diákokkal. Tudományszomjból tót diákok rábeszélésére 1595-ben a jezsuiták nagyszombati iskolájába indul. Kassára érkezik. Betér Enyiczkére nagybátyjához útiköltségért. Nagybátyja lebeszéli és éberen vigyáz rá, két társa tovább megy. Szeptemberben eladja könyveit, anyjához visszatér. Meszlényi Benedek fekete tógát vesz neki és beajánlja a bodrogkereszturi iskolába. Az első borivás. Szegedi Dániel mellett collaboratorságot és harangozóságot vállal. 1598-ban Ujhelybe megy, ahol Váczi Gergely, későbbi sógora a rector. Váczi ridegsége elől távozik, aki Patakra ajánlja be. Karkói Demeter keze alá megy, akinek 1598-ban Debreczeni M. Baltazár a segítője. Karkói után Ujfalusi Katona Imre viszi a rektorságot. Ellentétek Ujhelyben Váczi rektor és diákjai közt. Visszatér Ujhelybe. A tállyai köz zsinaton Thököly Miklós mellé tanitót ke esnek. Siderius János szepsi pap őt ajánlja. Thököly Miklóssal Patakra megy. Patakról visszatér Késmárkra. 1601. szeptemberben Thököly Miklóssal Görliczbe indul tanulásra.

Verum sicuti nihil est sub sole diuturnum: ita neque amicissima isthaec musarum quies diu nos quietos habuit: nam anno 1594 mense Julio Tartarus magno agmine Ungariam pervagans, me rursus Debrecino Uyhelinum fugavit. Quantum ego Debrecini in studiis profecerim, experimentum facere coactus fui. Nam studiosorum quidam adultiorum, matris meae commendatione permoti, mecum manus conseruere: ego nihil illis cedere volens, cum latine loquendo, tum syllogismos formando, formatos ad figurarum modos reducendo ita contuli, ut aliis miraculo,

aliis rubori fuerim. Aliquantisper Uyhelini substiti in schola Joannis Kallai, verum elapso vere anni 1595. studiosi quidam sclavi ex comitatu Thurocensi mihi et suaserunt et persuaserunt, ut studiorum gratia patres jesuiticos adirem, ubi paucos intra annos doctior evaderem. Seductioni facile parui, et una cum illis me in viam dedi, Cassoviamque unico die pedestri itinere attigi: utque facilius iter inceptum emetiri possem, ex veste longiore curtam feci, ne ala pedibus remora esset. Cassovia Eperjesinum progredi volens, ego in pago Eniszke ad decursum fluvii Taarcza, apud avunculum Stephanum Poli virum nobilem circa vesperam substiti, ut aliquid ab ipso viatici extorquerem. Interea quid monstri in sinu foverem, apud omnes susticui; sed rogatus, quo tenderem, Ternaviam lingvae Germanicae discendi ergo proficisci velle respondi. Avunculus divinitus credo monitus, non destitit hortatibus, ut ab incepto supersederem, promittens serio se omnem moturum lapidem, ut commendatione sua apud virum nobilem filium eius instruendo mihi locus esset; quam ego cum recusassem provinciam, non diu restitit, sed sequentis diei mane mecum Eperjesinum adscendit: interea comites mei Sarosium versus ante horam frustra me praestolaturos spondentes abierant. Ego vero itineris ignarus et sine comite longius progredi veritus, cum avunculo ad praenominatum pagum redii: apud quem ego otio simul et rusticationi per aestatem dedi operam. Post messem frugumve invectionem, vestibus meis attritis, et libris, quos mecum studendi ergo plenum canistrum sumseram, in schola Eperjensi vili pretio divenditis, circa septembrem, velut prodigus ille filius ad patrem, ita ego ad matrem redire coactus sum.

Peracta Uyhelini vindemia, Benedictus Meszleni, scholae Liscensis rector, qui germanam sororem meam Elizabetham habuit postea in coniugio, sed tantum diebus XX. habuit, interna motus pietate, mihi togam nigram ex panno Lemberg fieri curavit, inque scholam Kereszturiensem ad Bodrogum, anno 1595. scholarchae Stephano Detsi 23. Novembris commendavit: ubi inter auditores maiores primum receptus sum. Cum hic viverem, et antea abstemius essem, jussu venerandi Georgii Scepesii primarii pastoris, anno 1596, 25. Julii primo coena Dominica usus sum. Anno sequenti Stephanus Detsi, 16. Febr. iter est ingressus Academicum, cui successit Daniel Szegedi, sub quo ego et et collaboratorem et campanatorem anni spatio egi: sub quo paullo habui mitius, quam anno superiori

propter arcis Agriensis per turcam obsidionem, et tamen ego fideli meo servitio XXXVII. florenos comparavi, vestesque carasiaceas fieri curavi, et mox primordio anni 1598. Uyhelinum sum profectus, cuius tunc scholae rector Gregorius Waaczi, qui postea eodem anno 22. Februarii sororem minorem natu Dorotheam pro uxore habuit.

Huius importunitate aut morositate a schola alienior factus, eiusdem tamen commendatione Patakinum descendi 7. Julii, ubi ecclesiae praefuit reverendus vir Thomas Fabricius Tholnensis, qui anno 1599. 2. Februarii in vivis esse desiit. Scholam gubernavit clarissimus Demetrius Carcovius Transylvanus, generosi Baronis Michaelis Forgats de Gimes in academia Witebergensi et Argentoratensi quondam ephorus, qui cum manuum pedumque ministerio destitutus esset, nihilominus Aulularium Plauti professus est. Interea ne penitus auditores doctore destituerentur, Göncino ad lectoris munus adductus est Balthasar M. Debrecinus anno 1598. 8. septembris, qui logicam Fortunati Crellii, Ciceronis pro Milone orationem, et Theocriti poema Graecum enarravit. Demetrio Carcovio ad immortalitatem migranti, eiusdem anni 14. decembris, Emericus Katona Uyfalusi successit. Sub cuius fideli informatione cum meipsum diligencia superare contendo : en grandem studiorum meorum remoram. Uyheliensis enim scholae alumni, cum contra rectorem Gregorium Waaczi conspirassent et primario pastori Matthaeo-Tihemeri, judici senatoribusque persuasissent, si rectorem in sequentem etiam annum conducerent, se scholam vacuam studiosis relicturos ; quod et factum est ; verum paucis tantum exceptis omnes fere horrenda perierunt morte, quia conspiratores fuerunt. Venia itaque Vaczino data a civibus, illustrem Baronem Franciscum Dobo de Ruzka male habuit, coniugis enim ipsius Magnificae heroinae Judithae Keletseni sumptibus Vacius in academiis studuerat, postea eiusdem Baronis indultu, ex lectoratu Patakinensi Uyhelinum profectus erat ; ideoque civibus de Vacio retinendo praecepta dedit, etiamsi scholastici schola exessent, hoc addens, Vacium esse virum doctissimum, ideoque cives si copiam habuerint furfurum, habituri sunt etiam copiam suum. Vacio iterum in rectorali munere confirmato, non plures, quam quinque habuit auditores natione sclavos, qui cum nescirent et notariatu oppidi fungi, et horologium moderari, ego permultus Vaczii et matris hortatibus, senioris scholae Joannis Illyrici rectorumque Patakinensium suasu inpulsus, anno 1599. 4. Maji, Patakino Uyhelinum migravi,

reculis maiorem partem Patakini relictis.

Uyhelini substiti ad initium anni 1600, quando generalis quoque Synodus pastorum Thaljae fuit celebrata. Eius occasione venerandus Ioannes Siderius ecclesiae Szepsinae antistes a collegis percunctatus serio est, quem studiosorum commendarent magnifico Sebastiano Tököli baroni in Keismarc, qui juniorem filium informaret, et postea una cum filio academiam Heidelbergensem peteret. Ego primus a meo Gregorio Vaaczi, postea a venerando Andrea Saarosi sum commendatus, quorum literis Szepsinum cum Georgio Czegledi condiscipulo meo ad dominum Siderium descendi: Illinc occasione nundinarum Cassoviensium, cum quodam Keismarcensi negotiatore Keismarcum, in austero hyemis frigore profectus sum: sexto et vicesimo demum Januarii Patakinum cum juniore barone Nicolao Thököli Keismarco iter ingressus sum. Huius anni 15. Martii fatis concessit venerandus Balthasar Pinter Miscolci primarius ecclesiae Patakinensis pastor, qui primam contionem instituerat Patakini ex epistola ad Romanos 8-28, 29, 30, 31. anno 1599. Cum Patakini Graecis praecipue solutae item et ligatae orationi incumberem, Generosus meus graviter laboravit ex obstructione alvi, quem myropola potione sirupi curavit: hic morbus occasio mihi fuit ad magnificum herum de adversa Nicolai valetudine scribere; ideoque expleto anno, ultimo januarii 1601. ex voluntate patroni, Patakinum, habita prius de remediis irae oratione, reliquimus. In aula Keismarcensi cum essem in informanda pueritia diligentissimus, patronus meus Pisonium (!) ad regni comitia fuit profectus, cui 8. Maji reduci, carmen gratulatorium heroico carmine scriptum obtuli. Iterum cum tertiam conjugem Elizabetham Pograni 20. Maji duxisset, nuptiale carmen vario metro secundum musarum numerum iterum obtuli; sed nullum honorarium rettuli. Visa ab aulicis mea circa pueros diligentia, nullas fecerunt commendationi meae indutias, sed pleno apud meos gutture eruditionem meam, ut ut tenuem depraedicare. Mense augusto accersito in consilium Caspare Praetorio, primario pastore Keismarcensi, Joanne Frölichio rectore, et Matthia Dobrowiczi Cesareae regiaeque majestatis tricesimatore, deliberarunt nos debere proficisci in gymnasium Gorlicense in Lusatia situm.

Indulás Görlitzbe. Érkezés Boroszlóba Monavius Jakabhoz. Monavius könyvtárának megtekintése. Magyar ruha helyett német ruhát ölt. Neumarkon, Lignitzen, Han és Bunzlaun keresztül megérkezés Görlitzbe. Szálláskeresés és tájékozódás. Bemutatkozás az iskolai elől-

járóknak. Első ízben ivott sört. Cicero beszédeit tanulmányozza. Lábfájás tyúkszem miatt. Két műtét közűl a második eredményes. Hir anyja haláláról. Jobb lábának fájása miatt újból operáltatja magát. Cuchlerus Elias rector dícséri tanulmányi előhaladását. 1603. közepén elhagyja Görlitzet

Anno itaque 1601. circa initium Septembris, cum quaestores Vratislavienses ad nundinas in festo nativitatis Mariae celebrandas proficiscerentur, me et filium Nicolaum cum Paulo Altman cive et pannicida Keismarcensi una ire jussit Wratislaviam, honorarii loco Jacobo Monavio duo vini vascula mittens, ut nobis promotione sua prodesset: apud quem cum 20. Septembris fuissem, preciosissimum thesaurum, instructissimam bibliothecam in suo Museo nobis monstravit.

Hospitium nobis exhibuit amplissimus Heinrichus Smid, qui inter templum Elizabethae et Mariae Magdalenae domum suam habuit. 21. Septembris capillis vestibusque Ungaricalibus abjectis, habitu Germanus dici cepi. Wratislaviae octiduum commoratus 22. septembris discessi et perfunctorie Neumarcho Lignicio, Han et Boleslavia salutata, Gorlicium Lusatiorum ad fluvium Nissum 24. septembris fausto sidere salvus attigi 8 hora matutina: et primo in ipso urbis foro publicoque hospitio Elfmarck nuncupato diverti. Quia vero suo nos testimonio commendarat Jacobus Monavius Gorlicensium consulum uni Sebastiano Hoffmann, ille opera Gottefridi Bucholzeri urbis grammatei curavit hospitium apud Joachimum Smid hominem simul et pusillum et gibbosum, e regione pharmacopolii, mensam vero apud Henrichum Smid, urbis senatorem, qui habuit convictorem Baronem Bohemum Petrum Wok L[iberum] B[aronem] a Hachodt, tresque nobiles Germanos. Eodem ipso die liberum in gymnasium introitum petii a rectore, cui tunc praefuerunt quatuor artium liberalium magistri, Martinus Mylius jam annosus senex rector, Helias Cuchlerus conrector, Fridericus Papa, Johannes Falkenhain. Quibus postea nescio unde supervenit insignis poeta Johannes Linckius. Prima octobris cum gymnasium ingrederer, publicum examen autumnale inchoatum est, quo etiam die primum cepi potu cerevisiae uti, quam antea nunquam gustaveram. Quatuordecim elapsis diebus, 15. octobris ad publica studia redivimus, et mihi honorario aliquamdiu auditori, ad dextram cathedrae classis primae in majori fenestra, ut omnibus conspicuus essem, locus a rectore monstratus est; verum postea in numerum senatorum cooptatus, oratoriae ante

omnia et poeseos facultati impendi operam. Ut vero orator evaderem orationes Ciceronis a 26. Octobris dies noctesque indefesso studio ita diligenter perlegi, phrasesque quantum potui excerpsi, ut finem 19. decembris imponerem. Anno sequenti [a margón: Anno 1602.] Majo mense acutissimos sensi in pedum plantis dolores, ex oculo gallinarum (ita Germani vocant) exortos. Hunc morbum anus quaedam a me conducta, calido pullonum collumbinorum sanguine tollere voluit, sed irrito conatu. Interea priorem mensam mutavi, et discessi ad Victorium Glich e regione Musei nostri habitantem, in convictu duorum Bohemorum Georgii et Maximiliani L. B. a Sebusina, duorum Dantiscanorum. Interea impatiens doloris, suasione Victorini, chirurgum adhibui, qui novacula factis in planta sex vulneribus, multo cum sanguine morbum evulsit et fugavit. Quinta augusti Nicolao quoque stranguria laboranti medela adhibui optimo successu. Decimo octavo die cum Enceniorum tempore genio cum amicis indulgerem, accepi fasciculum ex Ungaria literarum, in quibus Vaczius meus perscripsit, se diaconum in ecclesia Kereszturiensi ad Bodrog agenti, matreque mea in convictu eiusdem viventi, 25. aprilis vitam cum morte mutasse. Ego mox genio valedicens, pileum lugubri panno tegi iussi, lyramque, cui quoque operamdare ceperam, non suspendi cum Judaeis ad salices, sed tribus thaleris distraxi, causa esse dicens, materiem gaudii mei penitus emortuam esse. Decimo etiam octavo septembris tumor quidam, apostematis credo prodromus, in dextri femoris flexura cum intolerabili dolore apparuit, qui omnes corporis artus vel ad minutissima quaeque opera inhabiles reddidit. Cuius cruciatus cum diutius ferre nequirem, in praesentia Casparis Dornavii Medicinae studiosi, chirurgus meus ordinarius 25. septembris secuit, et postea optime curavit, cuius cicatricem etiamnum mecum porto. Quia vero auditores, quos in condiscipulatu aemulabar, partim Academiam petierunt, partim ad paedagogiam alio profecti sunt, ego gymnasium integri dumtaxat anni spatio frequentavi, ubi me ita strenue gessi perorando aliquoties et disputando publice, ut M. Helias Cuchlerus conrector fateretur, me praeter se non vidisse alium, qui intra annum spatium maiores in literis fecisset progressus.

Indulás Heidelbergbe. Prága, Dresda, Wittemberg, Zerbst, Soraborn, Magdeburg, Lipcse, Naumburg, Erfurt, Gotha, Eisenach, Fulda, Hanau, Frankfurt an Main városok érintésével megérkezés Heidelbergbe. Beszállás a város hídja körül egy fogadóba. Szabadulás egy

tragikusnak indult helyzetből két pofon árán. Uj szállás Felkmann Péternél. Felkmannál étkeznek ezidőtájt: Érsek Péter, Kevi István, Félegyházi Máté, Békési Péter. Föleskűszik az egyetem törvényeinek megtartására maga és tanítványa nevében. Többszörös költözés a három évi tartózkodás alatt. Egy mysanthrop házigazda. Tanulmányainak kedvező körülményei: jóakaró tanárok, gazdag könyvtár. Szorgalmasan dolgozik, részt vesz a disputatiókon, gyakorlatokon, tanítványát is ellátja, példával jár előtte. Sokat virraszt könyv mellett. Pénzzel takarékosan bánik. Ennek haszna kitűnik a Bocskai támadása idején megnehezedett pénzküldés alkalmával. Az egész tanulmányút 4850 frt.-ba került. Mannheim, Speyer, Worms, Oppenheim, Mainz meglátogatása. Thököly Sebestyén halála. A gyászeset hatása. Visszatérés Késmárkra. Rokon és ismerős látogatására megy megérkezése után. Átveszi a tarczali iskola vezetését. Egy évig könyvei nélkül tanit. Cicero, Homeros, Vergilius, Buchanan az auctorok a tarczali iskolában. Ideiglenes lelkész Mádon. A mádiak meghívják, de kitér a meghívás elől. Ujhelybe rectornak hívják, de a tarczaliak nem eresztik.

Expletis itaque Gorlicii anno uno, et integris octo mensibus, anno 1603. 21. Junii, iter Heidelbergam versus, occasione mercatus Naumburgensis, bono cum deo auspicatus sum, et tertio post die hora quinta vespertina Pragae, in urbe veteri ad trescoronas diverti: ubi in notitiam veni amplissimi viri et consularis Eliae Rosini, cuius intercessione Academiam Pragensem quoque perlustravi. 28. Dresdam, 1. Julii Witebergam, 6. Julii Servestam Soraborum, 7. Magdeburgum, 9. Lipsiam, 10. Naumburgum salutavi, ubi novo auriga conducto: Decimo tertio Julii Erphordiam campana sua celebrem, Gotham, Isenacum, Fuldam, utramque novam scilicet et veterem Hanoviam, tandem vero Francofurtum ad Moenum salutavi.

Octavo demum Julii veteris Kalendarii, sive 18. Juliani, qui fuit dies Veneris Heidelbergam incolumes pervenimus, et in hospitium circa urbis pontem gladiorum insignibus notatum divertimus. Ubi postquam a coena quieti nos dedimus, ecce novum nos infortunium inexpectato salutavit. Generosus quippe meus bene mane e lecto surgens, cum vesicam levasset, matulamque per fenestram hospitii exonerasset, forte tunc ad fores quidam armatus adstitit, quem Nicolaus semisomnis lotio perfudit, lectumque ascendit. Ille ira percitus, clamoribus omnia replens, per scalas adscendit, conspurcatorem sui quaerens, pultat serio cubilis nostri fores. Ego vero quod rei ageretur ignarus, pando fores. Ille postquam ingressus est, gladio evaginato in Generosum insilit, illum aut vulnerare aut necare satagens. Ego armatam hominis dextram apprehendo, perque vulnera Christi oro, ne puero vim inferret, sed manus innocente foedare sanguine abstineret, et adolescenti per inprudentiam invite delinquenti parceret.

Sero tandem ad preces meas mitior factus, irae moderatior, gladium vagina abdidit, et duas in faciem alapas Generoso inpingens minitabundus discessit: et sic divina manu Generosus meus a plaga aut caede tutata fuit. Publico hospitio relicto ad populares in aedes Petri Felekmanni Coronensis Transylvani, qui antea jam Heidelbergae in conjugio vixerat, cum reculis transivi, mensamque ad tempus conduxi, eiusdem etiam diligentia, eodem adhuc die, Museum apud Philippum Hoffman V[enerabilem] D[ominum] publicumque iuris in academia professorem obtinui. Felkmannus in mensa sua aluit Petrum Ersec, Stephanum Kevi, Matthaeum Felegyhazi et Petrum Beekesi. Duodecima Julii, Magnificus tunc Academiae rector Bartholomaeus Koppenius, Locorum Theologicorum professor, antequam nomina nostra matriculae insereret, sublatis coetum versus digitis tribus pollice, indice et medio pro me Generosoque meo juravi, nos Academiae non dehonestamento, sed ornamento futuros, secundum academiae leges victuros neque aes alienum aut contracturos, aut debitoribus sine jactura satisfacturos. Coenam Philosophicam 18. Julii popularibus Generosus exhibuit. Octavo septembris Felkmanno fatis concesso, a mensa ipsius et musaeo Hofmanni, ad aedes mensamque Johannis Calvini, juris doctoris, sed tunc Ethices professoris migravi; apud quem convixi ad 27. Januarii 1605. Relicto eius Musaeo, conduxi apud viduam Hartmanni ab Eppinge museum, non longe a Cancellaria, mensam vero iterum apud viduam Felkmanni, ad usque 18. Januarii 1606. Decima nona Januarii, mensam nactus sum in foro publico apud Henrichum juniorem Germandum doctorem hominem alias Misanthropon, ubi convixi quamdiu Heidelbergae vixi. Mysanthropon dixi, quia intra unius anni duorumque mensium spatium non mihi visus est herus, quanvis in ipsius aedibus vixissem, intra quartam quadrantis horulae partem: multominus verbulum mecum non commutavit.

Convictum hunc academicum ego ab ipsis fere incunabulis magno cum suspirio adeo ambivi, ut quotiescunque aliquem academicorum ad suos reducem videre contigit, toties deum apud me tacitus oravi, ex sua benignitate faceret mihi quoque aliquando alas in academiam volandi, et honestis studiis mentem jam initiatam honestioribus exornandi et tandem genti meae operam meam addicendi. Dominus exaudivit orantem: et non solum academiam salutare concessit, verumetiam ita gratio-

sum apud serenissimum Electorem Palatinum Fridericum eius nominis quartum, consiliarios, academiae patres et condiscipulos facere dignatus est: ut si quid dubii in studiis popularium occurrit, de quo judicium Doctoris Parei inquirendum esset, mihi committerent. Inter academicos doctores cum Jano Grutero V. I. D. extraordinario historiarum professore et bibliothecario vixi, per quem in instructissimam principis bibliothecam liberum habui, quoties volui, accessum, librorumque usum. Ita strenuus quoque fui publicarum lectionum et disputationum, privatarum item lectionum, ethices et Spherae Joannis de Sacro Busco, collegiique auditor, ut non nisi morbo aut Francofurtensi itinere praepeditus, emanserim. In Musaeo Pareano quatuor Theologia habui collegia: in quorum primo anno scilicet 1603. controversiarum Bellarminianarum 39 disputationibus, in secundo anno 1604. locos theologicos disputationibus 16: in tertio anno 1605 disputationibus 20, in ultimo anno 1606. 1607. disputationibus 16. absolvi. Noctes nonnunquam diligentia mea fere in diem converti, adeoque vigilans fui, ut M. Joannes Rumfius conlegii Casimiriani inspector mecum certaverit, sed antelucana diligentia me antevertere neutiquam potuit. Cur vero insomnes duxerim noctes causa fuit non levis, nonnullam enim diei partem mihi surripere, et informationi Generosi mei tribuere necesse habui: cui ego eruditione et vita ita praeivi, ut tantum cibi potusve quanto mihi opus esset sumere, et diutius quam vellem mensae assidere, colloqui, cum amicis excurrere religio mihi fuerit, ne idem Generosus quoque meus sibi licere praesumeret. Parsimoniae quoque studiosissimus fui, ne sumptibus intempestive dilapidatis, postmodum necessariis quoque destitueremur: et tamen temporibus Bochkajanis nonnunquam carendum et inuticatia (!) pecunia utendum fuit, cum intra anni unius fere spatio, propter interclusum a militibus tabellariorum iter sumptus ex patria suppeditare non potuerint. Expensarum summa ad quatuor millium, octingentorum et quinquaginta florenorum excurrit si non me calculus fallit. (Lapszélen: Fl. 4850.)

Heidelbergae subsistens recreationis gratia excurri Manheimium in pagum triennali Joannis 23. Papae Romani captivitate celebrem: postea vero anno 1606. 17. Martii in urbis formam redactum; cuius prima fundamenta jecit Fridericus quartus palatinus elector. Vidi quoque Spiram, Vormaciam, Oppenhemium, Moguntiam, visuri pleniori occassione ante reditum in patriam urbes et regna.

Verum praeter spem omnem, cum explessem Heidelbergae tres integros annos cum octo mensibus, librariamque suppellectilem Norimbergam transmisissem, ut statim ex mercatu Francofurtensi Helvetiam et illinc Galliam, Angliam, Italiae partem aliquam cum Belgio adirem, decima septima martii, qui inciderat in diem Martis, allatae sunt nobis ex patria literae sine sumptibus peregrinationi dicatis: in quibus perscriptum fuit Magnificum patronum fatis concessisse, nobisque in patriam repedandum esse. Qui rumor quantopere nos sauciavit, cogitare is condigne poterit, cuius anima, non in patina, sed ad peregrinationem fuit totaliter destinata. Magno itaque cordolio primum vestibus lugubribus comparatis itineri nos dedimus 21. Martii, et post Francofurtum ad Moenum vidi Selestadium, Miltebergam, Herbipolim, Norimbergam, Ratisponam, Straubingam, Passaviam, Lincium, Viennam, 7. aprilis: ubi dominica Quasimodogeniti collegium Jesuitarum cum templo, turri, bibliotheca igne periit. Viennam 13. veteris sive 23. Aprilis discessi, et in itinere vidi quoque Hamburgum, Posonium, Szemcinum, Tirnaviam, Galgocium, Tapoltsam, Privigiam, Thotpronam, Sanctum Martinum, Szutsanum, Sanctum Nicolaum, Lutsinam, denique ultimo aprilis, qui fuit dies lunae (Lapszélen: anno 1607.) Keismarcum in coena. Keismarcini per mensem quievi, et duas habui in aula conciones, unam 13. Maji, alteram 20. Maji. Gregorius Vaczi tunc Marcivillensis ecclesiae primarius pastor, de redita meo certior factus, cum conjuge me salutatum venit, cum quo amicos salutandi gratia Marcivillam primum descendi 28. Maji, illicque septiduum sum commoratus. Postea ipsius curru 5. Junii Marcivilla discedens Jaszoviae noctem egi apud Raczkevinum eius loci ex Pontificio Canonico lutheranum pastorem factum. Sexto Junii integro die Szepsini apud reverendum Joannem Siderium genialiter habui. Octavo Junii qui fuit dies veneris in templo Cassoviensi pro Emerico Kovasznai collega docui. Decima rursus die Szantoviae pro reverendo Georgio Tardi concionatus. XI. Junii Tarczalinensi scholae operam meam addixi, cuius ecclesiae tunc habenas moderatus est venerandus Senex Stephanus Szent Andrasi, duorum dioeceseon senior, cum Petro H. Zomborino: scholamque ingressus, 5. Julii habui orationem in praesentia ecclesiasticorum totiusque senatus, de laudibus seu commendatione oppidi Tarczal. In hac ego schola integrum annum carui bibliotheca mea, quam supra Norimbergae reliquisse dixi, nihilominus Erotemata

dialecticae Lucae Lossii. Andomari Thalaei rhetoricam: de distinctionibus etiam, Ciceronis epistolarum ad familiares librum primum, eiusdem item 27. orationem ad Quirites post reditum ab exilio habitam, epistolam priorem D. Pauli ad Timotheum, enarravi et absolvi. Reportata bibliotheca inchoavi postea Lib. 1. Iliados Homeri, Bucholica Vergilii, Buchanani Paraphrasin Psalmicam, quas lectiones abdicato rectoratu finire non potui. Duodecimo Augusti peregrinum habitum abjeci, capillos vero Hungaricos assumsi. Anno eodem, cum 14. decembris Michael Visoli, ecclesiae Madiensis pastor ad patres migrasset, ne natalitiorum Christi tempore contione carerent, petitione Madensium dominus Senior mihi commisit ut illic docerem. Docui quoque tanto cum vulgi applausu, ut die S. Stephani functio pastoralis mihi offerretur, cui ego propterea non annui, quia propensior fui ad juventutem informandam in schola, quam adultiores ex suggestu docere.

Anno 1608. 19. Maji invitatus quoque fui ad gubernandam scholam Uyhelinam, sed Tarczalienses restiterunt.

Rákóczi Zsigmond Szerencsre hívja papnak. Elfogadja, két prédikációt tart patronusa előtt. Rákóczi Zsigmond halála. Miskolczi Csulyak. első házassága Szikszay Judittal. Betegeskedése. Beiktatása Szerencsen. Feleségét írni-olvasni tanítja. Szentandrási István szenior halála. Utóda Tardi György. A tolcsvaiak lelkészül hívják, de kijátszák őt. Meghívják a tokajiak is. Judit leánya születik. Felesége nagy beteg. Felsorolja felesége erényeit. Rákóczi Lajos halála. Felesége újra beteg. Miskolczra küldi üdülni. Meghívják Miskolczra lelkésznek. Elfogadja. Megharapta ujját a disznó. Ennek baljóslatu előjelei. Háboruság harangozójával. 1613-ban második leánya, Zsuzsanna születik. — Mária leánya születik. Nemsokára meghal. Az egri törökök váratlan támadása. Nem kiván tovább Miskolczon maradni. Ónodra hívják, de a várost piszkosnak s így egészségére károsnak találja, hívják Szikszóra, ott a paróchia nem alkalmas, végül Liszkát fogadja el.

Expletis in schola Tarczalina anno uno et mensibus plus quam tribus, Szerenciensis ecclesiae functionem obtulit mihi 26. octobris spectabilis heros Sigismundus Rakoczi, qui non ita pridem abdicato Transylvaniae principatu ad suos redierat: apud quem ego duabus contionibus docui de ficu sterili, deque lugentibus beatis. Defuncto domino Rákóczi 5. decembris: ego quia sine compare vivere nefas piaculumque ducebam, ambire cepi reverendi Georgii Szixai pastoris in Zombor filiam Juditam, et pro xeneta domino Szentandrasio et Petro Literato de Zombor virginis fratre virginem obtinui, sponsaliaque celebravi XI. decembris, et postea die subsequenti Szerencinum plenarie migravi, succedens in functione pastorali Balthasari M. Debrecino, olim Patakinensis gymnasii collegae.

Anno 1609. 21. Januarii patrono sepulto, ego quoque sensim male cepi habere, cum integro mense phrenesis ita debilitasset ut fere animam agerem. Interea dies generalis synodi, quo inaugurandus forem 18. Febr. Szerencini supervenit: cumque omnibus fere viribus exhaustus essem, finita iam disputatione, ad mandatum domini Senioris conseniorumque, ego a rectore Zomborinensi et Szerencinensi suffultus synodo ingressus sum nonnisi ad impositionem manus. Competitores habui quatuor, Emericum Rosos Kecskeméti ordinatum Cassoviam, Martinum Giarmati ad Basko, Michaelem Szent Margitai Dobszam, et Michaelem Nameni Cassa Uyfalum. Nondum convalueram cum dies nuptiis quoque meis sacer advenit 25. Februarii: et licet vix vires suppetebant assidendi mensae: nihilominus in aedibus parochiae Zomboriensis nuptias cum Juditha celebravi, quam postea ego intra anni et quod excurrit spatium vernaculam legere scripturam exactissime docueram. Hunc vero annum tranquilla clausit morte Stephanus Szentandrasius Tarczalini, cui in Senioratu Szantoviae successit Georgius Tardi, quem inauguravit Andreas Ungvari pastor et senior ecclesiae Miscolcinensis, in qua synodo disputatum est de Baptismo in specie; hic ego respondentis functus sum munere.

Anno 1610. Tholtsvenses per literas ad functionem ecclesiasticam 4. Maji invitarunt: quas Michael Szent Peteri praefectus, tamdiu apud se detinuit, donec alumnum suum Petrum Beszermeni mihi supplantasset; qui licet inviderit fortunam meam, nihilominus deo propitio livor ille adeo honores meos obnubilare nequiverit, ut potius ad maiora contendendi januam mihi aperuerit. Nam eiusdem adhuc mensis 28. Maji Thokaienses quoque ad munus Pastorale invitarunt.

Anno 1611. Ivditha mea primogenitam sui cognominem 30. januarii die dominico ante contionem matutinam hora 7. enixa est, quae postea 17. Martii post purificationem suam templum fuit ingressa. Eodem anno conjunx tribus fere hebdomadibus, mense Septembri ita gravi morbo detenta fuit, ut nullam penitus de sanitate recipienda spem haberem: et hoc conjugalis calamitatis primordium, docere me occepit, scholam esse conjugium: verum Dominus lacrymarum et suspiriorum meorum misertus, 23. septembris praesente Johanne Chuliak fratre, et audire et loqui et videre cepit. Haec mea conjunx erat dives virtutum foeminearum, maxime vero pudicitia supra quam dici potest ita splenduit, ut fere in vitium degene-

rare visa est. Nam in absentia mea, si quispiam noviter supervenit, ipsi incognitus, non assedit una cum eo mensae sed sese proxime ad januam domus applicuit; sique eum semel ad hauriendum vinum invitaverit, postea penitus conticuit, neque aliquem ad colloquendum provocavit. Diligens fuit in suo munere, fidelis domus custos, panes pinsere, cibum parare, acu pingere, vestes concinnare, sarcire, culinam curare, artolagana facere ita docta fuit, quasi non in pago educata, sed in metropoli alta fuisset. Ingenium habuit docile, erat philomathis, tenax suarum rerum non prodiga, mariti cultrix, officiosa, pia, proba, dapsilis etc.

Anno 1612. 3. Januarii Magnificus heros Ludovicus Rakoczi in aedibus Zomborianis ultimum vitae suae diem clausit, cui parentavi in templo Szerencinensi 29. Febr. cum superiori mense Juditha conjunx iterum graviter aegrotasset, quam post multos dolores 8. Februarii sanandi gratia Miscolcinum ablegavi; cum antea 31. Januarii literas a praetore, civibusque Miscolcinensibus invitatorias acceperam. Quare 19. Febr. Szerencinensibus publice valedixi, post quam pastoralis mei tyrocinii triennium inter auditores Orthodoxos et Pontificios exegi, et primam contionem 21. Februarii in templo Miscolcinensi institui, tuncque meam ipsis operam addixi, et 2. Martii cum omnibus reculis eo appellens, die septimo Martii majalis Moldvensis, quem ex annuo Szerencinensi salario acceperam, eundem cum leniter contrectare voluissem, manum dextram infra anularem digitum hora 6 vespertina sauciavit: unde ominatus sum, gravem a domesticis meis in illa functione injuriam accepturum. Nec fefellit omen: hic enim habui diaconum Petrum Gönczi, hominem antea barbitonsorem, qui cum scandalose viveret, nec propterea in eadem mecum ecclesia pati vellem, plebem scandalizavit, et contra me quosdam armavit. Habuit ille ex ordine nostro nonnullos conditionis meae aut invidos aut aemulos, qui autores Petro fuerunt, ut mecum jure contenderet: ideoque a domino seniore Thoma Nagy Thaljai, ecclesiensis Szixoviensis pastore contra me citatorias accepit, ut jure mecum ageret in generali Szendrőviensi. Pupugit me factum hominis ineptum, meque contra se in mea causa armavit: verum cum tacitus animadvertisset vel ex comitibus, quos una mecum ad synodum tuleram se caussa casurum, 24. Maji in eadem synodo, antequam verbum adversum me dixisset in publico consessu se mecum in gratiam rediturum esse promisit, et ita

rediit, ut in postremum amice vixerimus licet non convixerimus, nam 24. Maji ad gubernationem ecclesiae Gezteliensis transiit; cui succenturiatum volui Joannem Vamos Szepsinum, olim rectorem meum in schola Szerencinensi, qui postea in synodo Aszaloviensi solenni ritu 30. Octobris in sacerdotem ordinatus est.

Anno 1613. 2. aprilis conjunx secundogenitam Susannam hora 12 merediana Miscolcini enixa est: soror vero mea Dorothea Poli Gregorii Vaczii conjunx vitam cum morte Uyhelini commutavit, anno 1614. 9. Februarii; sicut ante frater, germanus Joannes Chuliak, anno 1611. 7. decembris, ibidem Uyhelini, ex mortalitate ad immortalitatem transierat.

Anno rursus 1616. 9. Martii filiola Maria, die Lunae paulo ante dimidiam septimam horam nata est; de qua sic ego ad reverendum Thomam Szeli, fidelissimum ecclesiae Onadiensis pastorem lusi:

Maria nata mihi est, materni gratus amoris
Flosculus, hic Charites quicquid habetis habet.

Sed hic flosculus rursus subito 15. Maji ejusdem anni die veneris exaruit. Ejusdem anni, 20. Novembris, qui fuit dominica prima Adventus, cum ego in aurora contioni meditandae operam darem, crepusculo adhuc matutino Turcae Agrienses hostiliter ex improsivo supervenerunt et ablatis omnibus, quos nancisci potuerunt oppidanorum equis, mihi (betoldva: meis quoque) non mediocrem incusserunt horrorem: nam aliquot illorum, cum ego solus essem, domum meam invaserunt, verbera imo vero necem mihi inferre parati erant, nisi caseo et smegmate illis praebito rabidos canes mitigassem. Cum ergo neque oppidani, neque inquilini, etiam vocati, suppetias in illa formidine tulissent, penitus deposui animum diutius in patria degendi. Triduo itaque elapso Praetorem oppidi cum civibus aliquot accersitum, diligenter monui, mature sibi prospicerent de successore meo, ne quid ecclesia detrimenti patiatur me alio profecturo.

Conatum hunc meum benignissimus deus promovit, namque anno 1616. 2. Januarii Magnificus Georgius Rakoczi, missis ad me per Casparem Bankhazi credentionalibus, ad gubernandam Onadiensium ecclesiam honeste invitavit: quam ego conditionem propter loci sorditiem, quae valetudini meae plurimum incommodare potuisset, renui.

Sequenti 14. Februarii non minori quoque alacritate

a civibus Szixoviensibus ad ecclesiae suae regimen sum invitatus: a qua non fuissem alienus, nisi parochialium aedium incommoditas obicem mihi posuisset. Ejusdem Februarii die 27. senatus Liscensis missa primum epistola ad pascendum gregem Christianum accersiit: quam ego Spartam divinitus mihi oblatam ambabus acceptavi ulnis; ad quos cum 6. Martii collequendi gratia transiissem et docuissem ad eosdem plenarie migravi.

István nevű fia születik, aki anyjának életébe kerül. A beteg halála előtt egy-két nappal részt vett a reggeli istentiszteleten, egy órakor pedig a paplak pitvarán Mihálykó Jánosnak „Az örök életnek nyári idejéről" szóló könyvecskéjét olvasgatta. Három élő gyermekkel hagyta vissza férjét. A baj nem jár egyedül: nemsokára követik a halálba feleségét szolgája és lovásza. Gyermekei miatt és anyagi okokból kénytelen hamarosan házasságra gondolni, bár jól tudta, hogy a második házasság csak ritkán sikerül. Náprádi Jakab egykori tarczali kollegája biztatására átlovagol Bényére és a látogatás után nyomban meg is kéreti Soproni Lőrinc özvegyét Juhos Annát. Úgy hozta a sorja, hogy menyegzője gyásznappá változott: István fia a menyegző napján feküdt halva. Egyik szobában a menyegzői fáklya, másikban koporsó. A temetés másnap folyt le. A házasság nem volt szerencsés, a gyermekek csak külsőleg tapasztalták a szeretetet, belülről méreg volt a mostoha szivében. Hozzájárult gondjaihoz Liszkai Imrével való pere, aki az ujhelyi gyűlésen azt állította róla, hogy az ő akaratából foglalták le Tiszabecsi Tamás előbbi liszkai rektor ingóságait. A per Tihemeri Máté esperes előtt folyt, akinek az ellenfél honorariumul egy hordó bort ajánlott föl. A sok izgalommal járó per egy másik gyűlésben nyert megoldást, ahol ellenfelét és annak feleségét személyes bocsánatkérésre itélték, amit midőn az megtenni vonakodott, ő késznek igérkezett a megkérlelésre, amit meg is tett és nagy hatást ért el vele. Később helyre állt a béke a két fél közt, amely valami asszonyháborúságból keletkezett.

1620-ban két izben betegeskedik. Meghivják Decsi István mellé váradi prédikátornak, de köszönettel elhárítja magától a kitüntetést. 1621-ben, amikor Alvinczi Péter a nagyszombati táborból családjához visszatért, Bethlen Gábor fejedelem őt kivánta a husvéti ünnep végzésére Nagyszombatba. Kerülő uton meg is érkezett, de közben a fejedelem Kassa felé indult s ő is utána ment a sereggel, ahol 25 forintot és 4 rőf gránátposztót kapott jutalmul és visszatért családjához. Junius 11-én a fejedelem újra Göncre rendelte táborába, de szeme fájása miatt nem mehetett. 1622. felesége meghalt. Ez a felesége valóságos Xantippe volt, vele nagyon tiszteletlenül bánt, kis lányainak valóságos mostohája volt, a vele töltött 6 és fél év bőséges volt sóhajtásokban. Harmadik felesége Seres Dorottya, Szabó István pataki polgár özvegye volt, akivel igen jól élt, de rövid ideig, mert az asszony még ugyanazon év októberében pestisben meghalt, midőn alig egy hónappal előbb a két kis lányát is eltemette. Kibeszélhetetlen szomorúságát Seneca, Plutarchos és Petrarca enyhítgették, és Szent Dávid zsoltárai.

Huic functioni novae novo dominus benedixit augmento, quandoquidem 13. Martii, dominica Laetare filiolo domum meam ornavit, cui Stephano fuit nomen: verum et haec laetitia subito 16. Maji in moerorem versa est.

Nam post occiduum solem, dilectissimam vitae meae conjugem Juditam, nondum plenarie puerperii dolores exantlantem, hemiplexia inter vivos esse prohibuit: cum die superiore et matutinae concioni interfuisset, et horam post primam in atrio domus parochialis, libellum vernaculum Joannis Mihalyko, cui titulus est „az öröc eletnec niari idejeről" lectitasset, quo abjecto supina concidit et loqui desiit, sequenti die mane fatis concessit, meque tribus cum liberis, in hac lacrymarum valle, viduum moeroreque squalidum reliquit. Eadem aestate conjugis mortem, pedissequi et agazonis mei mortes sunt subsecutae, sicque domestico meo exemplo comprobatum ivi veriloquium vetus, nullam calamitatem esse solam. Tandem ubi aliquantisper luctui operam impendi, quia propter liberos curandamque oeconomiam diutius in viduitate permanere nequibam, cum amicorum meorum hortatibus, tum rebus meis ita flagitantibus, etsi sciebam nuptias secundas raro esse secundas, tamen cum Jacobo Napradi, collega quondam Tarczaliensi, eques Beniem transivi, procatum clarissimi Matthaei Szepsi socrum, Laurentii Soproni viduam, Joannis Juhos Debrecinensis filiam Annam: cujus cum forma placuisset, ex itinere remisi Napradium ad dominum Matthaeum aperiendi secreti, et simul colloquendi cum eo, gratia. Unde illo ad me adhuc in via reverso et roganti, quid meditarer, respondi mihi animum esse in thalamo et vota ad deum talia fundere:

Da bene de Benye thalami cupivisse maritam,
Quae mihi quaeve meis speratos praestet amores.
Vix ea fatus eram, Christus cum coelitus infit;
Quaecunque orasti Miscolcine exorasti.

Postquam ergo voto meo potitus, commendatione domini Matthaei innixus, cum eodem Anna Juhos nuptias 2. Augusti celebravi, sed et hic dulcia mixta fuere amaris. Nam cum superiori die filiolus Stephanulus vitam cum morte commutasset, anterior domus taedas nuptiales celebravit, postica domus pars feralem cupressum tenuit. Postquam coenatum est, 3. Augusti rursus ante prandium parentatum est. Functionem hanc meam malorum ilias amaricavit. Nam statim 22. Decembris quod uxorium ver nonnunquam algeat experiri cepi, et sensi quandiu cum ea in matrimonio vixi; quae algore suo, nisi stoicus fuissem, fortassis me enecasset. Senserunt quoque duae filiae novercales amores nonnisi in summis labris residere, toxicum vero in corde circumferre. Accessit huic illud quoque,

cum anno eodem in generali Uyheliensi Emericus Lizkai, pastor in interregno Lizcensis, mihi falso oblocutus in faciem dixisset, se bona conscientia testari mea voluntate fuisse arrestatas reculas Thomae Tiszabetsini, antea scholae Liscensis rectoris, a Stephano Balthasaris officiali; cui ego et si vere incogitanter mox regessi, me meliori conscientia dicere, inscio me illud perpetratum fuisse. Isthac oblocutione factum, ut anno 1617 ego et Emericus in generali Uyheliensi 26. Januarii jure contenderemus. Multi quidem favebant mihi, adversabantur vero plurimum senior Matthaeus Tihemeri, Michael Suri, Daniel Szegedi, Michael Vatsi cum nonnullis aliis; et senior flabellum erat Emerico, me contra exercitatissimum conduceret causidicum, quod et praestitit. Obtulit quoque, ne causa caderet, honorarii loco seniori vasculum vini. Ego contra fretus bona conscientia, sine procuratore solus causam meam tutatus sum. Cum ad negotium ventum esset, ego negavi actoris mei preparationem et loquelam audire propter gravissimas causas et quidem tres; toties egredi et ingredi jussi, causas illas adeo invalidas esse dixere, ut propterea actorem exaudire deberem. Tandem posteaquam protestatione fuissem usus, egredi iussus, fraternitas silentio petito monuit primarios asseclas, rationes illas a me prolatas exactius ut pensitarent, sibi namque tam ponderosas videri, ut illorum vel minima negotium actori faceret in foro politico. Videntes itaque invidi mei se quod molirentur effectui dare non posse, cum fraternitas quoque oculata aurita et in rem esset meam intenta, et innocenciae meae vim inferre non posse: ideo ut sumptus facerem, Liscam 9. Maji generalem indixerunt: ubi cognita veritate mea ordo ecclesiasticus decrevit Emericum et uxorem ejus me complacare debere. Caeterum Emericus percipiens se causa cecidisse, erubuit, excanduit, deliberationique Ecclesiasticae contradixit. Ego contra ad senioris quaesitum respondi, me paratum esse ipsum deprecari, siccine enim Magister nos esse abnegandos praecepit. Adversarium itaque dextra porrecta sic allocutus sum: Erravi fateor, condona mihi, tu enim fuisti lapis offendiculi. Vidisses tunc pios aliquot pastores interna motos pietate ex oculis lacrymas profudisse. Haec ubi protuli, Jacobus quoque Napradi ex consessu surrexit, et se quoque mecum jure procedere velle duxit: cui tunc quidem silentium senior indixit, et anno sequenti in Redmecz morte sublatus est: qui paulo ante mortem in aedibus Liscensibus cum visendi gratia ipsum salutassem mecum in gratiam

redit. Etiam in hac causa expers ego fui criminis, sed duae feminae eius et mea conjunx de lana caprina certantes, in me fabam cuderunt.

Currente 1620 anno, cum 21. Augusti potione ex foliis sene simul et rhabarbaro usus fuissem, per octiduum male habui. Similiter etiam a 16. septembris ad 25. diem eiusdem mensis gravi pedum dolore laboravi; interea decimo septimo die Varadiensis Ecclesiae nobilitas [per ?] generosum Michaelem literatum de Thur, senatus vero Andream Szabó cum duabus epistolis, Clarissimo seni Stephano Detsi me collegam esse voluit. Verum ego tenuitatis meae probe conscius, hanc digito non attigi Spartam. Sed literis dumtaxat binis pro oblata honorifica mihi indigno functione gratias egi.

Anno 1621. postquam reverendissimus Petrus Alvinczi ex castris ad Thirnaviam positis ad suos rediit, ipsi me Serenissimus Princeps succenturiari voluit, ut in solemnitate Paschatis Tirnaviae docerem; quorsum quinta mox Aprilis rheda quidem propria, sed veredis Lisca discessi: verum quia propter eluvionem aquarum et violenter occupatum per Magnificum Georgium Szetsi Filecum per confinia regni iter continuare nequibam, deflexi ad dextrum et per montana Scepusiaca Rosenbergam, et inter rheda ratibus superimposita pro sex florenis per Vagum fluvium Galgocium ductus sum. Unde 16. aprilis Tirnaviam appuli. Jam vero Serenissimus Princeps descendere Cassoviam properans, statim sequenti die, qui fuit dies Sabbathi, rheda mea per negligentiam procuratorum Tirnaviae relicta, pilento satis nobili una cum castrensi exercitu, digressi, 8. Maji Cassoviam salvi et incolumes salutavimus, ubi ex liberalitate serenissimi florenis 25 et quatuor ulnis granati remuneratus, conductitia rheda 12. Maji ad familiam meam appuli. Sequenti rursus XI. Junii novum iterum mandatum Serenissimi Cassovia accepi, quo citissime ad castra secus Göncz posita vocor: verum ego ophtalmia laborans justa usus excusatione castris emansi.

Anno 1622. 3. Aprilis qui inciderat in dominicam Quasimodogeniti conjunx inter horam 2 et 3. pomeridianam ex hydrope obiit, quae antea 13. augusti aegrotare et sensim deterius habere cepit; cui ego pridem praedixeram vindicem dei dexteram non subterfugituram, quia me innocentem irreverenter quoad mecum vixit, habuit, et non semel convitiis quoque proscidit, quam praedictionem eventus veram fuisse comprobavit. Haec conjunx revera Xantippe fuit mihi, filiabus vero ipsissima noverca, cum

qua sex annis totidemque mensibus sine prole sterilis, suspiriis autem locuples vixi, divinitus credo monitus, ne supra meas sortes aspirarem, sed hisce amarissimis conjugii vinculis constrictus, intra pelliculam me continerem it quid dulce quid amarum probe callerem.

Caeterum postquam benignitas dei conjugii inauspicati vincula solvit anno ut dixi pestilentiali, ratus sat temporis datum esse moerori: idem ille fel meum in mel convertit, cum die Medardi tertia quoque conjuge Patachino exhilaravit Dorothea Seres Stephani Szabo civis Patachinensis vidua, cum qua ego genialiter vixi. Verum et hic nova rursus luctus materies nata est, et quidem superioribus lacrumosior: nam 21. et 22. Septembris duas filias easque charissimas, inque lectura apprime doctas peste alternatim extinctas praemisi, et uno eodemque die ambas parentis mei cippo intuli: quas tertia post hebdomade, 13. Octobris uxor quoque secuta communem universae carnis viam ingressa est. Isti charissimarum mearum partium obitus quantopere pectus meum vulnerarint difficulter dixerim; quandoquidem domus meae omni ornamento suo spoliarunt, et fere enectum adeo humi prostrarunt, ut nisi Seneca, Plutarchus et Petrarcha consolationibus suis me jam depressum erexissent, et ad regii vatis psalmodiam manibus suis adduxissent, domesticus me moeror, nisi deus obstitisset, penitus absorbuisset.

Isten jósága gyászából megvígasztalja, gyásza örömre fordul. Feleségűl veszi Thúri András kassai kereskedő 28 éves özvegyét, Gyulai Szabó Katalint. Alvinczi Péter volt a kérője. Esketés előtt csodálatos dolog történt. Amidőn előállottak, egy királyka (czinege) repült be, előbb az oltárra repült, majd leszállott a kövezetre dalolva. Alvinczi a vőlegényt oda állította, ahol előbb a madár dalolt, az pedig újból felröppenve az oltárra, eltünt. A lakomán is megemlítette Alvinczi Péter, hogy a királykát már egyszer Bethlen Gábor fejedelem jelenlétében ő is és mások is hallották dalolni, de látni nem látták csak most az esküvőn. Midőn feleségét Liszkára hazavitte, ott is egy királyka a kerítés tetején több, mint egy hónapig, minden virradatkor egész lélekből dalolt. Házassága előtt, amidőn az ujhelyi gyűlés Váczi Gergelyt esperessé választotta, őt tették mellé jegyzőnek. Felesége két ízben abortál, Alvinczi Péter vígasztalja, hogy jóra fordul a dolog, mert nála is két ízben történt hasonló baleset. A következő évben Johanna (1624.) leánya születik, de nemsokára meghal, 1625-ben István fia születik, 1627-ben Gáspár fia. Ugyanebben az évben István fia meghal. 1628-ban Judit leánya születik. Felesége ezekben az években gyakran betegeskedett, de ő jó egészségben volt és vígasztalására készen állt. 1628-ban tályogja volt, mit Miklós a pataki borbély vágott föl s honoráriumképpen öt drb. Joachim tallért számolt le neki. Ötven napig gyógyult a seb.

Sed et in hoc squalore dei favor mihi misertus, pullam vestem concidit, circumdeditque me thalari laeticia.

Nam anno 1623. 3. Februarii Andreae Thuri negotiatoris Cassoviensis viduam, duorum antea liberorum matrem, Catherinam Francisci Szabo Giulaiensis filiam uxorem donavit; cum qua primum Cassoviae 6. Februarii usus proxeneta Clarissimo Petro Alvinci sponsalia, postea 13. Februarii nuptias celebravi, et 15. Februari Liscam duxi. Cum ego antea, 4. Januarii die in generali Uyheliensi cum Venerandus Gregorius Vaczi in seniorem dioeceseos Zempleniensis inauguratus fuisset, amanuensis ecclesiae, seu notarius pronuntiatus essem. Verum hic, quod jure meritoque mirari possis, habes. Nam antequam 13. Februarii mane dominus Alvinci me sponsum cum mea sponsa copularet, et staremus in sublimi sede ad templi dextram, regulus quidam ex summitate maioris altaris cantillando ad imum descendens, tandem in pavimento cantando saltitaret, dominus Alvinci locum digito monstravit, me eodem loci stare debere, quo regulo tunc cantaret qui rursus ad altare ascendens evanuit. Eiusdem quoque in convivio nuptiali, dominus Alvincius monuit, se et alios praesente quoque Serenissimo Gabriele Principe regulum cantillantem inaudivisse, sed oculus omnium effugisse, praeterquam tunc cum meis nuptiis gratulatus est. Postquam vero uxorem reduxi, idem an alter regulus, dubie est Liscam venit, qui in summitate sepium vicina fere unius mensis spatio quatuor diebus minus, me et uxore spectantibus, tanto nisu cantillavit singulis antelucanis horis, fere ut medius creparet.

Cum hac thalami socia primordium quidem conjugii fuit dulcissimum, fuerat enim annos nata 28, et 3 menses, sed dulcedo illa vix prioribus degustata labris subito in amaritudinem versa est: Nam 19. aprilis, quarto die post Paschae subitanea morbo correpta, ego quidem noctem duxi insomnem, ipsa vero cum menstruo laborare videretur, abortivit. Accidit interea clarissimus Alvinci ut me domi salutaret meae: cumque de conjuge scire vellet, quomodo mecum viveret, atque non valetudo exanimi suppeteret sententia ego ipsam abortivisse respondi; quapropter me humanissimis quidem verbis solatus, bene sperare jussit; interim suspirandus dixit primam abortionem non raro sequi secundam: quod in sua expertum esset conjuge. Nec fefellit vaticinium, nam uxor rursus 20. augusti tam aegre valuit, ut eam vitalis quoque spiritus deseruisse visa est: et tunc secundo abortivit ex conceptione masculi duorum mensium totidemque septimanarum. Hic totus annus uxori fuit infaustus, nam tertio rursus 15.

Octobris dextri pedis dolorem ad 26. Novembris passa est, quo die primum paulatim templum domini ingredi cepit. Ego quoque mense novembri viribus fere omnibus destitutus fui, quas rursus 17. Novembris restituit dominus. Sequens annus 1624. superiori paullo melior: nam 14. Julii — hora sexta matutina Johannem primogenitum peperit Liscae, quem ex apostemate denatum anno 1625. 12. Julii sepelivi ibidem. Sed et hunc luctum nova laetitiae materies statim excepit, nam sequenti die 24. Julii Stephanum secundo genitum mox post solis occasum peperit, qui fuit dies jovis anni 1625. Filium vero tertium Casparem rursus anno 1627. 5. aprilis enixa est, qui tunc inciderat in feriam Paschae secundam, cuius filioli nativitatis dulcorem amaricavit filii Stephani mors, qui anno 1627. 4. Augusti die Mercurio sacro decessit. Sed et illum amarorem edulcoravit Iuditula, quae anno 1628. 4. augusti Juliani die veneris hora octava vespertina, in hanc lucem nata est. Ex quibus videre licet conjugem propter iteratos saepissime partus dolores non raro aegrotavisse: ego vero interea perbelle valui, laborantique uxori consolatione adfui. Verum anno 1628., cum Majo mense vinearum videndarum gratia ante vespertinas preces equo exivissem, quamprimum equo desilivi, mox dextri femoris tormina sensi, cumque vineas perlustrare non possem, ubi redii, claudicare cepi, et morbus nostrate lingua Taliog vocatus adeo corripuit adusque secundum Junii diem, ut Chyrurgum Patakinensem Nicolaum in subsidium mei vocarem, qui ita mei volente novacula morbum signavit, pro cuius exsectione quinque Ioachimicos chyrurgo numeravi, totidem quoque Michaeli chyrurgo nostrati solvi, turcicumque cothurnum donavi. Unde quinquaginta diebus jacui lecto affixus, sacrisque faciendis inidoneus, quinquagesimo tandem die templum sum ingressus: ubi primum omnium pro incolumitate rursus adepta, gratias domino in conventu totius ecclesiae solemniter egi.

1629 elején Váczi Gergely halála után ő hívja össze Erdőbényére a közgyűlést, ahol megválasztják esperessé. Szepsi Mihály az abauj-tornai esperes iktatta be. Sok törődést okozott neki az új hivatal. Uj öröm éri, mert István fiának halála után ujból fia születik, akinek ujra István nevet ad. 1631-ben Judit leánya meghal, Kisfaludi Orbán Bodrogkereszturi pap temette. Ez a gyász bevezetése volt egyéb bajoknak. Eszterházy Miklós nádor, amikor az erdélyi fejedelemség után járt, felsőmagyarországi és dunántúli hadait arrafelé vezette. Feleségét, aki áldott állapotban volt, Patakra volt kénytelen vinni, ott született Zsuzsánna leánya. Eközben Erdőbényéből két komáromi katona látogatta meg Florián Mihály rektor meghívásából. A két Eszterházy hadseregbeli katonát vallásos református embernek ismerte meg. Nehány nap mulva

Eszterházy seregét Rakamaznál ifjabb Bethlen István és Zólyomi Dávid hajdúi szétszórták s nagy vereségről beszélt a hír. Pénzt és élelmet küldött harangozójától a katonák után és harmadnap maga is elindult többedmagával a két komáromi sorsának megtudakozására. Végre ráakadtak a foglyok közt a két komáromi katonára, nem voltak láncra kötve, csak körülsáncolva, hogy el ne szökhessenek. Élelmet adtak nekik s együtt ettek a foglyokkal. Bethlen Istvánnak és Zólyominak gratulálva, jóakaratába ajánlotta a két katonát. Bethlen és Zólyomi meghívták reggelijükhöz, amit ő tisztelettel elhárít és tovább megy, hogy a tábort megtekintse. A táborban látta Rákóczy György fejedelem többi tisztjét, Csomaközi Andrást, Lázár Istvánt, Bornemissza Lászlót, Ibrányi Mihályt, Gombos Andrást. Eszterházy seregében ott voltak Batthiány Ádám, Eszterházy Pál, Wesselényi, Keglevits, Horváth István, Bornemissza János, Dobos György és Sárkány István. A győztesek 24 zászlót zsákmányoltak. Azt beszélték, hogy a vereséget Zörgeni Benedek és Konyárdi Mihály okozták.

Mialatt Csulyak a táborban járt, Komáromi Gergely jegyző Tokajba ment és elárulta őt Eszterházyéknak. Tudtán kivül áruló hire kerekedett s elfogatását is elhatározták, de egy hive figyelmeztette, mire előbb Olaszira, majd Patakra menekült. Innen próbált védekezni de nem sok eredménnyel Még pap társai is sokan megharagudtak rá, mert árulónak tartották. Sorsát annyira kétesnek látták, hogy Keglevits már vagyonát kérte a nádortól, de a nádor azt válaszolta, hogy nem azért küldte őt a király, hogy egyiktől elvegye a vagyonát s másnak adja. Végül két aggodalmas hét után újra visszament Liszkára és folytatta hivatását.

Anno 1629. postquam 25. Januarii clarissimus Gregorius Vaczi, vigilantissimus ecclesiarum in dioecesi Zempleniensi senior, naturae debitum apud Gaalszetsienses solvit: ego voluntate reverendorum fratrum generalem indixi synodum in Erdő Benye secunda die Maji die Mercurii: ubi in demortui senioris officium ego minimus fratrum eorundem suffragio sublimatus sum: in quo senioris munere per admodum reverendum virum Michaelem Szepsi, seniorem dioeceseon Aba Uyvar et Thorna, pastorem vero Tarczaliensem confirmatus sum. Quae sane honoris mei moles quantum mihi cogitationis abyssum pepererit, solus mihi conscius sum. Sed ecce coelitus evangelium mihi missum; nam post Stephanum denatum, rursus divina benedictio alterum mihi Stephanum quinto genitum, anno 1629. 22. augusti, die mercurii, hora 5. matutina, ante solis exortum donavit.

Anno 1631. Prima februarii die Sabbathi, ante lucem charissima filia Juditha Liscae denata est, et sequenti die, hora octava matutina parentavit in coemeterio Urbanus Kisfaludi, primarius templi Kerezturiensis ad Bodrogum pastor. Cuius mors secuturarum calamitatum mearum fuit praenuntia. Nam cum Palatinus Hungariae Comes Nicolaus Ezterhas, principatum ambiens Transylvanicum, mili-

tes inferioris Hungariae cis et ultra Danubianos ad nos adduxisset, ego conjugi meae partui vicinae consulturus, Patakinum transmisi ad aedes Generosi Matthaei Szabó de Isa, sexta die februarii, ubi felici partu filiolam Susannam 12. februarii die Mercurii enixa est. Interea donec conjunx puerperii doloribus superatis lecto fuit affixa, ex Erdő Benie duo milites nostrae confessionis ex Comarom oriundi, Stephanus scilicet Mihalfi et Johannes Kerezturi, a Scholae nostrae rectore Michaele Florian vocati, convivandi gratia nos salutarunt, qui tunc sub signo Pauli Ezterhas stipendia meruerunt: quos cum prandiolo rector excepisset in schola, ego quoque fallendi temporis, cumque illis colloquendi gratia una adfui; quos vel ex convictu prandiali viros candidos, religionique reformatae addictos cognovi. Verum illa occasione, deo permittente sic me fortuna delusit: Accidit enim paucis post diebus, ut hi milites cum caeteris Ezterhasianis Tibiscum transirent, ad trans Tibiscanos haidones aut subjugandos, aut penitus profligandos; inque aggerem tuitionis sui gratia ad pagum Rakomaz excitatum ingrederentur, quos tandem trans Tibiscani haidones sub duce comite Stephano Bethlen juniore, et Barone Davide Zoliomi, 15 Martii, die Sabbathi, in aurora ex improviso adorti, debellarunt, et opimis praedis potiti sunt. Tunc enim Ezterhasianorum bene multi in eluvione Tibisci submersi, quidam gladio Haidonum occubuerunt, plurimi in servitutem dedecorosam inciderunt. De quibus talis ad nos rumor advolavit, Ezterhasianos ad unum omnes occubuisse.

Ego vero duorum illorum Comaromiensium militum sortem miseratus, per campanatorem meum Laurentium Giarmati, qui se ultro offerebat ad castra profecturum, pecuniam et tenuem victum transmisi. Pecuniam quidem eo fine, ut si occubuissent, honore sepulturae corpora dignaretur; victum eius gratia, ut si in vivis essent, illum absumerent. Quo digresso ad pagum usque Zalkod, ego noctem insequentem transegi insomnem, neque me domi continere diu potui, sed diluculo 16. martii novicula conscensa ad videndum praelii locum transivi, ut si jam toties nominati Comaromienses superstites essent, et aliquid juvaminis intercessione mea offerre possem, non illibenter, facerem. Comites itineris mei fuerunt Franciscus Halaszi Uyfalvensis pastor, Michael Comaromi scholarcha meus, Stephanus Tar, juratus civis et alii diversis navigiis, atque ad horam diei nonam castra victorum sum ingressus. Vidisses tunc milites sine tentoriis, alios in campo palan-

tes, alios pabulos equis portare, nonnullos prandium humile praeparare, quorum non pauci cujates essemus, quidve moliremur, percunctati, responsum a nobis de rei veritate acceperunt. Ego vero ante omnia gyimnasiarcham quaerendi Comaromienses missum praestolor, qui post seriem investigationem eos inter captivos humi sedentes invenit, qui etsi vincti non fuerint, nihilominus armati pedites, ne forte clandestina fuga quispiam evadere posset, in formam coronae circumvallarunt; ad quos nonnisi per intercessionem intromissi, incolumitati illorum principio collaetati, tenuis viatici, quod mecum sumseram, ex vino et libo partem ipsis obtuli, partem una cum eis absumpsi, per suppositum mihi avena turgidum saccum. Interea supervenit Georgius Nagy Idai, qui nunc Tricesimatoris munere fungitur Debreczini, cum altero sodali, cuius nomen mihi non constat, qui etiam una nobiscum jentaculum sumentes, autores fuerunt, ut comitem juniorem Stephanum Bethlenium et Baronem Zoliomi Davidem salutarem, quod et feci, et victoribus congratulatus oravi, ut praeter alios captivos haberent hosce duos sibi commendatissimos. Ambo me humaniter complexi orantem lubenter exaudiverunt, dicentes se utrosque in mei gratiam statim dimittere paratos esse, nisi illos periculum proditionis vereri deberent: tamen se daturos operam, ut commendationem meam non leve pondus habuisse suo commodo experiantur. Quia vero hora prandii sumendi advenerat, sellis equinis pro scabello sibi in cespite suppositis, una discubuerunt, et ut una secum pranderem hortati sunt. Quibus ego gratias actis sine prandio ex conspectu illorum me subduxi, ut castra perlustrarem. Interea obvium habui Andream Farago, unum ex centurionibus, qui porrecta mihi dextera, ad castra abduxit, et videnda ostendit. Interfuerunt castris illis a parte quidem principis Transylvani Georgii Rakoczi praeter duos dictos generales, Andreas Chiomaközi, nunc arcis Varadiensis supremus capitaneus, Stephanus Lazar, Ladislaus Bornemisza, Michael Ibrani, Andreas Gombos, et alii gregarii ad numerum tredecim millium; cum Ezterhasiani quatuor millium numerum non plane attigerunt: ubi adfuit Adamus Battiani banus, Paulus Ezterhas baro, Veseleni, Keglevit, Stephanus Horvat, Joannes Bornemisza, Georgius Dobos centurio et Stephani Sárkány patris cognominis filius; quibus devictis 24 signis potiti sunt, unico in eluvione submerso. Bombarda quae in manus victorum incidit Maximiliani imperatoris tempore fusa erat decem et sex

atque dimidii palmi longitudinis: alia fuit versatilis colubrina, cum tertio mortario non absimili. Farago inter alia rettulit suos tam divite praeda fuisse potitos, ac si aliquem imperatoris Turcici vezirem profligassent. Rumor erat, Ezterhasianis hanc cladem duos centuriones Benedictum Zörgeni et Michaelem Koniardi peperisse, quos cum ex stativis, promisso prius salvo conductu Zoliomius, colloquendi gratia accersivisset, fide data promiserat manumissionem pacificum, si depositis armis sese dederent: misericordia enim erga illos ducebatur, quandoquidem ex confiniis oriundos milites illos veteranos fuisse certo cognoverat. At vero illi ad suos digressi retulerunt, Zoliomium ferro velle victoriam acquirere. Quapropter Ezterhasiani veritatem illos dicere rati, succenso prius pago Rakomaz, cum publico hospitio, insigni horreo et acervis frugum non paucis, ad arma quidem devenerunt, sed vix aliquo sanguine fuso, praeda victoribus fuerunt, primipilares ante pugnam navium beneficio subito dilapsi Thokainum transeundo victoris manus evaserunt; ubi monte conscenso, sine pugna frustra suorum victoriam praestolati sunt.

Oppidi nostri grammateus Gregorius Comaromi, comitem sese mihi ad castra profecturo adjungere volens, ego renui: et donec ego suis conterraneis manumissionem quaero, ipse Thokainum descendens, Ezterhasianis meum in castra descensum prodidit; eosque iam antea plenos furore contra me in majorem furorem accendit: proditionis ego ignarus licet, tamen confecto in castris negotio mature satis, sub pomeridianam adhuc concionem Lizkam redii. Interea Ezterhasiani quid facere mecum debeant consultarunt, cuius flabellum Joannem illum nequam Bornemiszam, nunc vice generalis Cassoviae sustinentem fuisse narrarunt: qui quandoquidem armatis antea nocere nequiverant, inermi mihi malum subdole machinati sunt: satagentes me vinctum ex parochia mea Thokainum pertrahere et neci tradere. Verum provida circa me dei providentia vigilavit, et clandestinam technam Michael Szabo tunc arcis Thokai castellanus per privignum suum Joannem Szabo, nostri oppidi incolam, mihi significavit. Ego vero etsi nullius criminis conscius, veritus tamen, ne quod aliis moliti fuerant, in me evomerent, sine mora peractis pomeridionalibus precibus rheda consensa 18. martii Olaszinum transvolavi, ibique noctem egi, et sic manus machinantium pessima salvus effugi. Patakinum sequenti mane ingressus, aliquot diebus quid facerem, cogitavi, tandemque ad Paulum Ezterhas et Joannem Bornemisza

missis literis, me non proditionis alicuius gratia, sed captivos redimendi causa castra salutasse perscripsi: indignum itaque foret propter bonum opus innocentem lapidare. Sed et hoc meo facto, non ad innocentis tuitionem, sed potius ad laesionem crabrones illos irritavi: unus hoc, alius illo me dignum esse clamitans. Fui ego tunc apud plaerosque non adversarios tantum, sed et mei ordinis fratres, atque etiam proprios auditores exosus admodum: nam etiam Cassoviae Magnificus Klegrevit a Palatino, bona mea si quae haberem sibi assignari petiit: verum tale a Palatino responsum accepit, se a sua Majestate Caesarea non propterea ad hasce regni partes missum, ut bona propria uni adempta alteri adtribuat. Duabus septimanis inter summos angores Patakini expletis, audacior paullo, quam antea factus, 5. aprilis ad dominicam Judica redii, et die sequenti textum dominicalem: Quis ex vobis arguet me de peccato, ita enarravi, ut praeconceptum erga me sinistrum judicium, si non penitus sustuli, minui tamen.

Ujabb gondja támad felesége betegeskedése miatt, amely Zsuzsanna születése után állandóvá lesz, majd ágyba kerül. Gyógyítja Berg Máté késmárki doktor is, labdacs, kanalas orvosság nem szüntetik a bajt, járt Kassára orvoshoz, Mislére fürdőbe, Gáspárhoz, a gálszécsi orvoshoz is, végül egy eperjesi szemorvos is gyógyította, de eredmény nélkül, nagy fájdalmak között elhalálozott, két fiút és egy lányt hagyva hátra. Három hónap mulva ujra házasságra gondol. Körülményes próbálkozás után Suri özvegyét, Prágai Zsuzsannát veszi nőül. Két évet élt vele baj nélkül, a harmadik betegeskedéssel telt el. A folyton betegeskedő asszony maga vigasztalja bánatos urát; a betegeskedés részletesen van leirva. Felesége 45 éves korában meghalt, 1638-ban. Holttestét kikisérték Kassán a magyar lelkipásztorok, temetése 115 forintba és 28 denárba került.

Postquam Ezterhasiani devicti nos deseruerunt, et conjunx puerperii doloribus superatis meliuscule habuit, eam reduxi ad meos Patakino: a quo tempore una calamitas velut unda undam excepit. Nam et auriga eiusdem anni 24. septembris duos equos . . . [prop]ter imprudentiam in Bodrogo suffocavit; conjunx quoque post enixam Susannulam raro bene, saepius male habuit: cui prodesse satagens, anno sequenti Patakinum iterum transmisi ad cephalicam aperiendam, ut capitis sedaretur gravedo. Rursus anno 1633. 12. Januarii pulmonaria propter anhelitus difficultatem eidem secta fuit; iterum 4. aprilis ad venam aperiendam et simul scarificandum adscendit. Crebrae illae sectiones profuerunt quidem nonnihil, sed exiguo durarunt tempore. Nam etsi penitus non fuerit lecto affixa,

nihilominus saepissime etiam cum mensae adsideret, doloribus adeo intrinsecus circumventa fuit, ut cibo quoque relicto, vix spiritum ducere quiret. At vero 20. augusti ob stomachi dolores penitus decidit in lectum; ex quo postquam paulum emersit, rursus venae sectionis et scarificionis gratia Cassoviam 6. octobris profecta fuit. Rursus vindemiae tempore sensim collabentibus viribus 7. decembris iterum lecto affixa decubuit et tunc Mattheus Bergh Chyrurgus Kesmarcensis sinistrae manus mediam aperuit et potionem ex foliis sene et rhabarbo confectam mediocri cum successu exhibuit; quo ad suos digresso Cassovia misit duabus in vitreis lagenis potionem quandam infra duas septimanas absumendam: misit insuper morsellam singulis diebus ante cibum in portione dimidii grani persici sumendam: quibus uti quidem cepit, verum non diu continuavit dolores stomachi causata. Sed rursus crescente in peius morbo, 28. aprilis anni 1634, ad aegritudinem suam sublevandam rursus Cassoviam ascendit, ibique duabus septimanis sese curavit: quam cum 17. maji reducerem, quiritata est ob dolorem pedum: cumque in fine pagi Vilman ad sumendum prandium sub frondosa arbore rheda discendissem, utque me sequeretur monerem, voluit quidem et ipsa descendere, sed ob tumore pedum sine juvamine nostro nequivit; cui malo levamen quaerens, ad fontem Mislensem 3. Julii ascendit quidem, sed sine profectu. Ubi cum fuisset, medica quaedam Kősara nuncupata, visa conjuge, ficum intra se habere, eamque tumorem causasse dixit, sed alii ex hydrope laborasse affirmarunt. Quae morbi fuerit species divinare non possum; siquidem saepissime quaestam audivimus tumorem in se ad instar exigui pomi habere, eumque nonnunquam circa praecordia, nonnunquam mammam, nonnunquam dorsi spinam, nonnunquam adusque guttur ascendere, tanto cum cordolio, ut non raro animam exhalare visa fuit. Secunda octobris suasu nonnullorum Gaal Szetsinum duxi ad Gasparem chyrurgum, qui promisit utcunque morbum levaturum, propterea adhibuit exiguo in potu rotulam, quae alvum quidem aliquandiu solvit, sed tumorem non minuit. Unde post octiduum iterum reduxi. Postremo mensis octobris 30. quidam oculista, cui nomen erat (a név helye üresen van hagyva.) Epperjesino supervenit, quo consulto potam ex pulvere flavo adhibuit aegrotae, modico cum successu. Sequenti vero die adtulit pillulas auro obductas, monens ut singulis diebus ternas, mane, meridie et vespere sumeret. Ultima quidem octobris primo ternas,

1. novembris binas, secunda totidem sumens, amplius sumere noluit: namque sensim viribus collabentibus lecto affixa est, ut 15. novembris — hora sexta vespertina post acerbissimos omnium membrorum indicibiles cruciatus vitam cum morte commutaret; relinquens post se filiolos Casparem et Stephanum, cum filiola Susannula.

Pertaesus trium mensium et unius septimanae viduitatis cum visitationi processus Varannoviensis mense Februario operam dedissem, suasu comitis domini Stephani Tholnai, iterum coepi cogitare de nova conjuge domui meae inducenda: et principio fusis ad deum patrem seriis pro pietissima matrona precibus, impendio commendavit viduam Surianam sesquiannis viduam, de meliori, quod dicitur nota: tandem vero ab eodem persuasus, monui fidelem ageret proxenetam, ut cupita potirer. Fecit ille, quod potuit fideliter, et 7. martii anni 1635. evangelium mihi scripsit, Susannam Pragai non horrere conjugium meum, sed ambire. Tandem vero cum fundationi domus parochialis in civitate adfuissem, 22. martii primum cum Susanna habui sermonem, a qua annulum aureum cum sudariolo, donum conjugale accepi, cui ego antea per dominum Tholnai aureum cum quinque daleris obtulissem. Superveniente dominica Palmarum, materiam damascenam caerulei coloris in mercatu Uyheliensi pro stola coëmi: qua praeparata, feriisque Paschatibus peractis, 24. aprilis cum eadem nuptias Patakini celebravi, et die sequenti Lizkam reduci. In hoc quoque matrimonio, Deus optime! per biennium sancte conviximus: tertius vero annus totus fuit valetudinarius, maxime vero pars anni hiems; quandoquidem cibum concoquere non potuit, sed ingestum, aut pervomitum, aut per naturalem meatum, procul omni foetore, sine longiore mora, ejecit. Curavit quidem aegram David Valerius gymnasii Patakinensis professor, sed parvo cum successu, puta quae pharmaca prorsus renuit ad eius valetudinem restituendam praeparata; interea vero morbus adeo imbecillum reddidit, ut prorsus desperarem de vita eius. Quae tamen me subtristem solata saepius est his verbis: morbum illum sibi non esse ad mortem, et vere solata est: nam sensim meliuscule habere caepit, adeo ut cum caena nuptialis in gratiam privignae Annae Suri 23. februarii exhibita fuisset, ipsa cum vidua Johannis Chiszar in pestica domo hospitis activi via functa fuit puellis integram mensam complentibus. Tandem vero morbo aliquid remittente 7. martii primum templum ingressa fuit, et filiam Uyhelini die Palmarum visitavit, die

vero resurrectionis Christi sacra quoque synaxi usa fuit.

Cumque omnia ex voto et sententia mei domesticorumque meorum evenire cernerem, omnino supra fidem aliorum mihi pollicere sperabam, meam mihi conjugem superatis morborum difficultatibus postmodum supervicturam; verum vide aliam dei super domo mea dispositionem: vix enim peractis dominicae Resurrectionis feriis, rursus audire occaepi quiritationem conjugis de male affecta valetudine; quapropter duodecima aprilis accersito chyrurgo Michaele, ut obsequentiorem sese medicationi praeberet, mihi septem cucurbitulas, uxori vero quatuor adhibeandas curavi; nam et ipse jam pridem ab initio clymacterici anni sentire caeperam nonnullas difficultates: quarum quidem in medendo effectum adusque 10. maji diem sensit non contemnendum. Nam tunc Uyhelinum quoque ad nuptias relictae Andreae Farkas cum Francisco Chiomo celebratas mecum non invita adscendit, unde propter proximantes ascensionis Christi ferias die sequenti ad meam ecclesiam rursus redii, et festivitatem ad laudem domini gaudenter incolumes peregimus. Quia vero antea multoties me monuerat, sese propterea male valere, ut hactenus, uti antea facere solita fuerat, valetudinem in vaporario curare neglexisset: quare omnino apud se decrevisse, ut valetudinis curandae gratia per cucurbitulas in balneo sudatorio Cassoviam adscendendi; cuius sane desiderio adeo non restiti, ut potius Ascensionis festo vespere, quae ad iter facerent omnia praeparari jussi et die Veneris bene mane etiam invitam propter debilitatem, ut lecto surgeret, iterque diu desideratum capesseret, coëgi. Paruit ipsa ut poterat non reluctans, et bene mane Uyhelinum tendens, cum filia et genero Cassoviam usque, etiam in maximo diei ferventis aestu (14. maji) gaudenter eodem die pervenit, coenavitque apud affinem Stephanum Dedesi satis hilariter. De nocte vero post concubium experrecta, caepit conqueri de nimio capitis dolore, qui etiam sequenti die adhibitis licet variis antidotis minui, multo magis tolli, non potuit; quem diem sine cibo et modico potu peregit. Sequenti die dominico ex parvo major morbus eam invasit, adeo ut amici mei deliberare caeperunt, utrum mihi notificent aegritudinem uxoris, animadverterant enim morbum omnino esse lethalem. De quo cum judicium etiam uxoris requirerent, id consilii dedit, supersederent a proposito, neque me senem tali fatigio onerarent; illi nihilominus in sua sententia persistentes, agasonem 16. maji dominica Exaudi hora

XI. diei cum generi literis ad me venire jusserunt, qui mihi hora 7. vespertina ad coenae mensam sedenti literas exhibuit: quibus acceptis, saltuatimque perlectis, anxius animi et totus attonitus, quid agere deberem, prorsus non eram apud me: Verum paulo post ad me rursus rediens quia sciebam periculum esse in mora, jussi famulum eundem veredum sibi mutuatum sumere: qui postquam jussa peregit, ego eodem quo famulus redierat equo conscenso, horam post nonam vespertinam post pulsum vespertinum, eques iter Cassoviense totus in squalore sum ingressus: et densis in tenebris ad mediam noctem satis lassus Baskom perveniens, in fine pagi humi residens quievi aliquantisper, donec coelum albedine sua viam nobis monstraret. Coelo itaque albescente, rursus iter ingressus, totus lassus et omnibus fere viribus exhaustus, ingenio propter varias cogitationes fesso, et corpore ob equi succussione marcido, hora media undecima sonante Cassoviam appuli. Ingressus hospitium, et uxorem lecto affixam lacrimantibus oculis, verbisque tertiatis compellans, vix me resalutatione excipere potuit, sermone ipsam sensim deficiente; quam quotiescunque sum allocutus, toties quidem paucis, et nonnisi tribus aut quatuor verbis mihi respondit. Jacuit alias quieta satis, nisi quod saepius potum aquae ad restinguendum internum calorem petierit dari. Sole ad diem 19. maji, qui erat Mercurii, illucescente, cum omnia quae fuissent in hypocaustulo satis audacter conspicata fuisset, postremo vultu in me converso, qui etiamtum lecto astitebam, obortis per genam lacrymis dixit: oh szivem szerelmes Uram! Habebam tunc ad mensam malum punicum Vienna noviter allatum, suadens simul et invitans ad gustandum: annuit psa gestu quidem capitis itaque quartam mali discissi terum divisi, et unius partis succum expressum ori immisi, alteram vero partem ad conedendum dedi, quam etiam comedit. Ego vero quia confidebam Deum ipsius et mei misertum, gratias Domino egi, oravique sensim ut melius habere ipsi donaret. Sed non quadrans horae elapsus est, ecce adest hora fatalis: subito etenim et sermo, qui alias paucissimi fuerunt, et vires deficere caeperunt, adeo ut nonnisi cum quodam soncho spiritum duceret, adusque 20. maji horam 5. matutinam: quae cum secundum sonaret quadrantem, charissima Susanna mea emisit spiritum suum, mihi corpus exangue multis cum lacrymis et suspiriis humandum reliquit, anno aetatis suae 45. (Lapszélen: 1638.) cum sancte mecum in

conjugio vixisset annis 3, mense uno et duobus diebus, nulla mihi a se prole relicta; quam ego die sequenti 21. maji hora 2. pomeridiana in coemeterio ad superiorem urbis portam sito, terrae honestissime mandavi, comitantibus funus pastoribus Ungaricis, senatu et plebe; computatis expensis funereis flor. CXV. et 28 denarios attigerunt.

Ötödik házasságának hajótörése után hordozta tovább terhét és teljesítette papi kötelességét. Beiktatta Gelei Gáspár szikszói lelkészt a Borsod-Gömöri esperességbe, továbbá P. Varsányi Dánielt az abaujtornai esperességbe. Jelen volt Debreczenben három tiszáninneni senior társával az ott tartott részleges zsinaton. 1639-ben, hogy alkalmasabban elláthassa magán és hivatali ügyeit, újra házasságra gondolt. Dobrai István pap özvegyét Asztalos Katát szemelte ki, akivel miután az hajlandónak igérkezett, minden nagyobb ceremonia nélkül házasságra lépett.

Et sic postquam ad scopulos quinti quoque conjugii naufragium passus sum, invitus sane, sed quid facerem, aliud non habui, quam rursus prioris viduitatis scenam ingrederer, et cum eadem pastoralis functionis longe onerosiorem sarcinam capesserem. Nam tertio post mense, septimo scilicet Julii Sixoviam invitor, ad inaugurationem novi Senioris dioeceseos Borsod, Gömör etc. ubi Casparem Gelei Sixoviensis ecclesiae antistitem, nonaginta sacerdotum suffragiis electum, in Seniorali dignitate confirmavi; (lapszélen: Hic decessit anno 1645. mense januarii 29.) sicut statim eiusdem julii 13. die Szerencini Danielem P. Varsani 21 suffragiis melioris notae sacerdotum (antistitem ecclesiae Tokaiensis) in seniorem dioeceseos Aba Uyvar et Thorna, praesentibus Sixoviensis et Kaposiensis ecclesiae Senioribus et pastoribus inauguravi. (Lapszélen: Et hic viam universae carnis 13. szeptembis 1644. ingressus Tokaini.)* Has generales synodos proxime secuta est venerandi Trans Tibiscani episcopi Stephani Kereszegi partialis synodus Debrecinum convocata, cui ego quoque cum tribus cis Tibiscianis Senioribus interfui.

Caeterum cum sol mundi oculus annum 1639. contuitus esset, ego vero, cum viduitatis tum sollicitudinum domesticarum pertaesus, rursus de adjutorio matrimoniali sollicito cogitari cepi, ut habilior essem rerum publicarum privatarumque gubernationi: rursus ergo negotio cum reverendo Francisco Szetsi tunc pastore patriae vicino Ke-

* A lapszéli jegyzetek szintén Miskolczi Csulyak István kezétől származnak.

rezturiensi communicato, viduam quinquennalem reverendi Stephani Dobrai, antea collegae in ecclesia Bodrogkerezturiensi docentium, Catherinam Aztalos Patakinensem ambire occipio, negotiumque totum 13. Januarii, cum Uylakini essem, eius fidei, ut cum vidua secreto ageret, hac lege committo, ne rumor ante exitum rei aures vulgi penetret. Ille boni viri perfunctus officio, 18. januarii Liscam adhuc ante prandium veniens de impetrato conjugio mihi Evangelium adtulit. Ego quem jam dies docuerat, ne periculum mora crearet, diem sponsaliorum 25. Januarii indixi, ad quem Patakinum uno dumtaxat cive nostro Georgio Képes in comitivam assumto adscendi, et procatum reverendum Stephanum Tolnai ecclesiae Patakinensis antistitem, cum nobili Benedicto Bodor, emisi: postmodum iisdem et aliis paucis in coena agapali seu nuptiali comparentibus, una fidelia et sponsalia et nuptias celebravi, sequentique die ad prandium in parochiam Liscensem ad domesticos meos reduxi: cum qua per dei gratiam, sicut et cum demortuis conjugibus ad laudem Domini mei, et ad imitabile aliorum exemplum convivo.

2. *Szerencsi, miskolczi és olaszliszkai ref. egyházi jövedelmek.*

Reverendi domini Stephani P. Miscolczy ministri Zerencziensis fidelissimi conventio de salario annuali cum illustri spectabili ac Magnifico domino Sigismundo Rakocy antequam huc duceretur Tarcalino per me sic insequitur finita, facta, absoluta nutu et voluntate sua Magnificentia.

Ex arce habebit salarium:

Vasa vini duo

Vas — — unum

Caseos duos (Miskolczi Csulyak kezével a margón)

Parata pecunia fl. 26.

Omnia vestimenta ex panno granat

Porci duo. Sales lapidei viginti

Ex X^{ma} agnorum quarta.

Sabbatalis ex Molendino Zerenciensi

(Miskolczi Csulyak kezével) szombaton egez nap, vasarnap nap feljőteigh.

Item ad mensam agni sex. olvashatatlan névaláírás.

Anno 1608. Miskolczi Csulyak kezével: mense novembri Tarzalini.

M. Csulyak kezével: Az Urrétei között egi darab rét az viz közöt, Kit ugian Pap retének hinak.

*

Anno 1607. die 14. Maji solemnis visitatio ecclesiae Szerench, quando reditus ecclesiasticus fide mediante examinatus et diligenter annotatus est.

Az városbeliektől az ki szanto ember, egi egi kalongia dézmalat előtt. Az ki sarlojaval keresi egy egy köböl buza, az kinec anni értéke vagion: de az ki oly szegénj az egyház fiu testalvan alapattiarol, az mint alapattia leszen az szerent engedtessék. Garas pénz hat haz penz minden gazdatol.

Özvegy aszony harom harom sing vasznat aád.

Szanto föld ninchen bizonios szabot föld: hanem minden niomásra kimutattiak ackor, mikor a földeket oztiák, anni, mint égi heliesnek.

Borbol buzabol octava jár.

Az kereszteléstől egi tiuk s egy keniér: es az komák jo akarattiokbol az menit akarnac adni: Ha tiukot nem adhat tizenket penzt ád.

Eskwtestől ez it valoktul az kik fizetnek den. 12. Az kik penig egiéb képpen nem fizetnek negjven pénz. Mikor vidékben hazassagra közwlwnk kivisznek, es az templomban meg eskwsznek, egj ház penze 12 pénz.

Filialis ecclesia ezen haranghoz tartozo Bekech.

Innenis az szerent vagjon az fizetés, garas penz den. 6.

Egy egi kalongia buza az kinek ekeje jár. Az ki sarlojaval keresi, huszon öt öt penzel tartozot.

Az Bénieyek az elöt Monachoz tartoztanac, most köztwnc lévén egy egy kerezt buza az kinek ekeje vagion: az kinek ninch egy egy szapu buza.

Garas penz den. 6.

Szada is ide tartozik: es az szerent fizet mint az Bekechiek.

Mester jövedelme. Az kinek szőlője vagion ez itt valo hegien, mind vidéki s mind itt valo, egy egy köböl bort ád. Az kinek szőlője ninchen huszon öt öt penzt es az mint az előt vele eltenek. Az malombol valo sabbatalenak harmad resze.

Bekechiek. Az kinek szanto barma ninch den. $12^1/_2$, az kinec vagjon den. 25. Az Szakaijak ís az szerént.

Az scholaban jaro giermekektől első esztendőben

den. 25. Masodik esztendőben den. 50. Az utan den. 75. Negiedik esztendőben egi forint nem feljeb.

*

Reditus ecclesiasticus ecclesiae Miscolcinae Anno 1613. 14. Januarii visitationis tempore sic ut sequitur descriptus.

A Miscolcinensibus conductus 23. Februarii Anno 1612. Coram Nobilibus Ötvös Gergeli, Belleni Balint, Ambrus Albert. Fazekas Istvan senatoribus Giőri Gergeli főbiro, Szabo Andras, Szabo Miklos, Pongracz Thamas, Szőch Calmany, Szőch Ambrus, Varga Janos, Bőite Marton, Bonta Giorgi, Veres Gaspar juratis judicibus. Dienes Thamas, Tökös Janos, Hars Andras, Bacho Lukach, Timar Benedek.

1. Vagion egi két kövw fölwl chapo malom az varos közepet, melj az Predicatornak aallo öröksege, minden egesz hasznaval es jövedelmevel egietemben: az kinek minden rendbeli epitesevel az varos tartozik, chak hogi mikor uy követ hoznak varasul belé, minden kőre az Predikator az malombol egi egi köböl lisztel tartozik. Az minemw molnart akar az predikator benne tartani, szabados vele.

2. Az malom utan harom niomasra valo föld vagion. Eggik niomasra Giőr felől négi főld, Sz. Peter fele is negi föld, Szirma felöl penig hatod fel föld.

3. Az malom utan vagion egi hat rendes rét is az varos rétei közöt, az Naad szegen. Fwzi Balint hazaval egi kötelben.

4. Az predikator hazhoz vagion két niomasra valo szanto föld: eggik az saffranj kertnel, az masik az köveches domb alat.

5. Azon hazhoz vagion egj öreg rét is az szent Ivan ere mellet.

6. Vagion harom szőlő. Az eggik Szent kiralj, az masodik Szent Giörgi, az harmadik az al szer.

7. Vagion az Plebanossaghoz jobbagysag, kit Pap szernek hinak es thot uczanak: ezek közzül mindenik hazban lako tartozik 50 penzel: melliet avagy kész pénzül ád megh, avagj penig öt nap mivel erette az Predikatornak.

8. Ezen jobbagysagnak tiztek az malom gát töltes, malom arok tiztitas es asás: melliet valamidőn chelekesznek, tartozik az Predikator az malombol kenierrel etelekre.

9. Mikor az jobbagiok mivelik az szőlőt, tartozik az predikator nekik ebeddel.

10. Ha öt nap az szőlőknek mivét el nem vegezik, tartoznak az Jobbagiok az predikatornak fizetesejert mivelni.

11. Homlitassal is szüksegeskeppen tartoznak az öt nap fölöt az Jobbagiok, azonkeppen az varas is.

12. Az chaszarborbol es buzabol allo dezmajabol az octava az Plebanose.

13. Eskwtes penz tizenket penz, hirdetés harom penz: ennek ket resze az Predikatore, harmad resze az Caplane: ha többet adnak is tizenket penznel, harmada az Caplane.

14. Halot temetestöl tizenket penz, fele az Predikatore, az fele az Caplane es az mestere.

15. Garas penz minden ágytol öt öt penz: ennek fele az Predikatore, felével az Caplan, es az mester osztoznak.

16. Az özvegy aszony harmadfel penzel tartozik, vagi vagion szölöje, vagi ninchen, ennek is fele az Predikatore, fele az Caplane es az mestere.

17. Derekas epwletre mind az Predikator, mind Caplany, mind az schola körwl, minden rendek, nemessek, paraztok, es haiduk tartoznak szolgalni.

Reditus Capellani.

1. Az Predikator az octava borbol es buzabol tartozik adni egy hordo bort, egy lőret, niolcz köböl buzat.

2. Kesz penzel tiz forintal tartozik.

3. Vagion egy Caplan szőlő az al szeren: meliet ő maganak kel miveltetni.

4. Mikor az Predikator szőlőjenek homlitasara megien az varos, akkor zakaztani kel az Caplany szőlő homlitasara is.

5. Valakinek szőlője vagion, tartozik egy köböl borral, melinek fele az Caplanie, fele az mestere.

6. Az kinek szőlője ninchen, tizen hat penzel tartozik, ennek is fele az Caplanie, fele az mestere.

7. Az kinek szőlője vagion, de bora nem termet, tartozik den. 32., ennek is az fele az Caplanie, fele az mestere.

8. Az kinek szőlője vagion, meg szedné, de az Predikatoret meg nem adná: az mint az korchoman jár iczeje, tartozik penzwl egy köbölig megfizetni, mikor az penzt szedik.

9. Az eskwtesnek es hirdető penznek harmad resze öve.

10. Az halot temetestöl adot penznek is negied resze öve.

11. Az ecclesia jobbagi tartoznak az Caplani hazat kertelni es epiteni.

Reditus Rectoris.

1. Aztal tartassal tartozik az Predikator.

2. Ha aztalt nem tart, tartozik egi hordo borral, egy hordo lőrevel, 8 köböl buzaval, tiz forintal.

3. Az köböl bornak fele.

4. Az halot temetestöl adot den. 12 negied resze.

5. Az abcedariusok den. 25, az terciariusok den. 35. az secundariusok den. 50. az primariusok egy forintal tartoznak, az videkivel az mint meg szerződhetik.

Campanatoris reditus.

1. Minden szőlős ember egi icze borral tartozik: az kinek szőlője ninchen, egy icze bor arraval.

2. Halotnak való harangozástol harom penzel tartozik.

3. Kereztelestől koma penz, egy egy penz.

*

Reditus Ecclesiasticus in Ecclesia Lizkana.[1]

Facta per visitatores: Reverendos viros dominos Paulum Szantai seniorem, tunc pastorem in Lizka. Matthaeum Tihemeri in Uyhel, Joannem A. Kechkemeti in Patach, anno 1611. 26. Januarii.

Reditus pastoris.

Szőlők. Vagion hét darab szőlő, mellieknek nevek. 1. Monos. 2. Dongo. 3. Kotis. 4. Niulas. 5. Varga. 6. Kurtamal: ezek az elő hegien vadnak. Az hetedik az Harazt hegien, mely Caplansaghoz valo, az Uré mellet. Niolcadik is az Harazt hegien vagion, melliet Benedec deakne Testamentomban hagiot az Plebanosnac A⁰. 1615.

[1]) V. ö. Harsányi István: M. Csulyak István élete és munkái 10. l. Szövegünk az ott közölt adatoktól itt-ott eltér.

Földek. Vagion két niomas.

Az also niomasra, az meszes szögben vagion harom föld. (Lapszélen: Az varos malma vizetöl, mely az Bodrogban foly, szögi fele szamolvan, az en földem egjmas utan ötödik, hatodic es hetedic.) Az Dreznek pataka mellet harom. Az Harazt hegy ut mellet kettő. Az Pal tavara jaroban kettő egimas mellet. Ismeg vagion ott egy, de ez az Caplansaghoz valo volna. Az Dula dombjannis egy vagion, ezis az Caplansaghoz valo. Az kender szerbennis egy, ezis Caplansaghoz valo.

Az felső niomason, az Uyfalusi hataron alol hat föld egymas mellet. (Lapszélen: Az eggic föld az Raany kuttiatol Liszka fele szamlalvan az utnac felső reszetől tizen eggiedic föld.) Az Rány alatt is harom. Az caplansaghoz is harmad fél föld vagion, itt az felső mezőre.

Réetek. Az Ranyon az harom föld mellet vagion egi darab réth. Az hat föld mellettis az hatarban ottis egi darab réth. Az meszes szögben, föld lab egi darab. Az Bodrogon tul vagion egi darab réth. Vagion az kivőlis az Caplansaghoz két darab réth, ház utan.

Too. Vagion egi halas to is, Pap tavanak hijak. (Lapszélen: Mikor bezarjak, az veterben fogot halnak fele az Predikatore. Az tapogatva fogot halnac harmadat adgiak az Ministernec.)

Vagion egi Mészarszék, abbol fél masa (fölötte piros tintával: 60 font) fadgiu jár. Minden nielvw az meszarszekből predikatore.

Az varosnak vagion egi kis molna, abbol sabbathalis jár. Az kiraly dezmajabol borbol, buzabol, octava jár. Az ki ő maga ekejével szant, harom szaput aad Liczkait, az nagy szapuval.

Az ki czimboraval szánt, ketten adnak harom szaput. Az ki penzért szantat, ha husz kerezt buzaja vagion, az is más fel szapu buzaval tartozik. Ha penig husz kerezt buzaja ninchen, den. 29. tartozik.

Temetestől ha predikal az pastor, nemes embertől fl. 1., polgari rendtől den. 50. Keresztelestől, eskwtestől semmi.

Fát szabad twzre az tilalmas erdőből hordani, nierset, aszut.

Rectoris reditus.

Az Lyczkai hegien valakinek szőlője vagion, akar videki s akar it valo, egy köböl bort ád. Ha szőlője ninchen tehat den. 33.

Giermek tanitastol ha olvas vagi colligal, egi köböl bort ád; az declinista két köblöt ad.

Ha örökseg levelet ir maga papirossara, egi köböl borral tartoznak; ha hartiara, maga hartiajara két köblöt.

Ha vidéki embert temet den. 12, it valotol semmi, az deakoknak étel ital.

Aztala az predikatornal vagion. (Később odajegyezve: De anni 1624. Februariusnac 27. napjan, kedden az bötswlletes Tanatsnac akarattiabol, az mesternec contentusnac kel lenni az aztal tartasert, az Pastornac bor, buza quartajanak harmad reszevel, meljet az Rector computaljon ő maga meg az Dezmassal. Ackor Michael Gönczi volt az Rector.)

Az nőtelen legeniektől ha eltemeti az mester den. 12.

Reditus pulsatoris.

Az harangozoknak fél fél köböl borral tartoznak, ha penig bort nem adhatnak, den. $16^1/_2$ tartoznak.

3. *Adalék a tarczali iskola történetéhez.*

Leges scholae Tartszalianae.

I.

Qui cumque in hanc scholam ad uberiorem studiorum honestiorum sese mercaturam contulerit: is sciat contubernium hoc nostrum esse pietatis et omnis honestatis officinam: sibique negocium esse non cum belluis aut cyclopibus; qui nec legibus, nec disciplina civili, nec religione gubernantur; sed cum Pietate regina et matre virtutum omnium. Proinde unusquisque scholae nostrae civis ad Pietatem consequendam et possidendam omnes studiorum suorum nervos et conatus intendat; ut gratus Deo et hominibus toto vitae suae curriculo vivere possit.

II.

Primum itaque omnium, quicumque in hoc consortio aliquamdiu subsistere decrevit: nomen suum apud scholae rectorem profiteatur: inque album seu catalogum studiosorum se recipi et inscribi reverenter petat. Quod si obtinuerit, rursus debitam obedientiam et honorem Prae-

ceptori, honestis gymnasii legibus, mutuumque amorem condiscipulis suis se exhibiturum sincere spondeat; qui postea quam receptus est, ut probe norit, quo pacto vocationis suae munia obeat, hac via incedat.

III.

Horis matutinis et vespertinis privatim unum aut alterum caput ex sacro codice attente legunto. Catechesin christianam vernacula et latina lingua grandiores cum junioribus ediscunto. Nihil non est turpius, quam Christianos summa religionis salvificae tapita ignorare, citra quae vita aeterna adipisci nequit.

IV.

Praelectionibus, examinibus, declamationibus, disputationibus, omnibusque aliis congressibus scholasticis, citra ullam occupationis, quantumvis arduae, excusationem, frequenter intersunto. Quae si interdum acciderit inevitabilis, Rectoris, aut ipso absente, senioris venia negocium aggrediuntor.

V.

Quoniam sicut honestarum literarum cultura, ita etiam Pietatis studio scholasticus ordo reliquis omnibus hominibus anteire et praelucere debet: singulis diebus horis matutinis et pomeridianis cum concionibus tum precibus omnes et singuli juniores cum majoribus bis intersunto, templum campanula scholae signo dato una et combinatim intranto; canunto, vultum et totius corporis habitum ad pietatem componunto; reverentiam erga quosvis maxime vero erga ecclesiae Dei ministros et ordinem senatorium, matronas item honestiores capitis detectione, honestisque officiis declaranto; Deductioni quoque funerum frequentes intersunto; bini incedunto; et vultu subtristiore, se juxta Praeceptum Paulinum, cum flentibus flere, declaranto.

VI.

Quia vero omnis labor et industria, quantumvis diligens, sine linguarum cognitione perit; exercitationem Latine loquendi et scribendi ab omnibus severe exigimus: sic quoque argumentorum vernaculorum in latinum et

contra translationem; carminum item orationum proprio marte componendarum sedulitatem, lectionum quoque publice auditarum privatam ruminationem exposcimus. Secus facturis poenam gravem indicimus.

VII.

Rixas; altercationes omnes; dissidiorum occasiones, privatam cum violentiam, tum vindictam, immodestam vestituum deformitatem, pileos in cornuum modum dissectos, rasuram capitis militarem, strepitus vociferationes diurnas et nocturnas severe interdicimus.

Sicut etiam convitia futilia et non necessaria juramenta 1.
famosas et contumeliosas denominationes 2.
calumnias et in fama honestarum personarum criminationes 3.
hostilem ad arma provocationem 4.
intempestivas et licentiosas sine venia in oppido discursationes 5.
vinetorum, hortorum, sepium, palorumque ex vinetis direptiones 6.
maceriei scholae et depraedationem et urina conspurcationem 7.
loci alvi et vesicae levandae destinati defoedationem 8.
Sepium scholae nocturno diurnoque tempore transgressionem 9.

VIII.

Omnem quoque ex hac schola ἀταξία remotam volumus. Studiosi itaque quoties aut templum ingredi, aut justa funeri solvere, se parant; signo campanula dato illico omnes invicem in area scholae exspectanto; sicque combinatim eundo et redeundo, modestiam suam etiam apud vulgus declaranto.

IX.

Rectoris etiam interest nosse, quis sit in schola, quid et quo ordine discat. Nemo igitur aliquem ex pueris privatim inscio superiore erudiendum suscipiat, aut ab aliis allectum, recipiat. Quos vero sibi commendatos habet, eos ea fide et diligentia in moribus castis et doctrina informet; qua fide et industria se erudiri percupit; praesertim autem in scriptione, Latino sermone, primis alphabeti rudimentis

et praeceptis Grammaticis informet. Singulis diebus discipulis suis bis versum aut phrasin praescribat, praescriptam vernacule exponat, expositam charta remota dimissionis tempore reposcat: diebus Mercurii et Saturni et Solis pomeridianis horis Catechesin exquirat. Si lectionum fuerit capax, exponendo, declinando, construendo, scandendoque eum exerceat. Si quis hac in parte suam nobis fidem et industriam probare noluerit, is et pueris privabitur, et maledictioni divinae subjacebit.

X.

Seniorem ex corpore scholastico electum, juvenem candidum, pietatis et modestiae studiosissimum, ab omnibus revereri, eidemque in officiis scholasticis citra ullam tergiversationem morem gerere mandamus: Ejus officii erit, fide mediante bona communitatis recipere et conservare, et inter alumnos aequaliproportione dividere; musaea mox a signo vespertino, prius quam porta claudatur, perlustrare, absentes annotare, divisionis tempore Rectori connotata exhibere; aliaque scholastici laboris munia probe et fideliter obire.

XI.

Oeconomi quoque officium erit hora septima vespertina signum campanula ad preces dare: portam hora octava signo cubitum dato sera claudere; tertia matutina signo studiosus ad laborem excitare, portam reserare, mundiciem totius scholae bis in hebdomada curare; absentes a lectionibus, templo, funere, aliisque congressibus scholasticis annotare; annotatos Rectori tradere: mulctam a delinqentibus mature exigere, inordinate sese gerentes officii admonere; tertia demum hebdomada habita oratione, aut trium capitum bibliorum ex memoria recitatione, munus suum sequenti resignare.

XII.

Has ipsas leges, cum honestas, justas, studiosaeque juventuti perutiles, et communi tranquillitati fructuosas esse cuncti intelligant: ab omnibus et singulis debitam subjectionem pro autoritate vocationis nostrae exigimus: quam manus etiam subscriptione testatam iri optamus. Contumacibus vero, pacis scholasticae turbatoribus, fucis et ad sti-

vam magis, quam ad literas aptis, fores Musarum clausas denunciamus, et tanquam profanos, a societate nostra, procul esse jubemus.

Poenae transgressorum.

I. Quicumque sine Rectoris venia emanserit a lectione [prim]arium, ab examine tres, ab oratione totidem, a memorae exercitio quatuor, a disputatione decem numos pendito.

II. Qui ceremonias templi et scholae, hoc est contiones et preces matutinas et vespertinas, Bibliorum item praelectionem sine venia neglexerit, aut quatuor numos solvito: aut unum caput loco repetitionis ex memoria promte recitato.

III. Qui sine comite templum ingredi egredi, aut funus comitari deprehensus fuerit, unum numum pendito.

IV. Qui nativo sermone licenter loqui ab aliquo deprehensus fuerit, pro singulis erratum numum, si a Rectore, duos, aut decem pendito, versus probati autoris expedite recitato; cum peregrino interea linguae discendae gratia unicuique potestas nativo sermone loquendi conceditur, secus non.

V. Qui materiam orationis solutae aut ligatae a Rectore exhibitam, contemserit: neque versus aut orationem proprio marte ex illa compositum Rectori obtulerit, pro stylo quinque, pro oratione decem numis mulctator.

VI. Rixantes, altercantes, vestibus indecoris utentes, vociferantes, famose invicem denominantes, commilitonibus verbis aut factis molestiam exhibentes, calumniantes, futiliter jurantes decem; ad arma provocantes, aut plagam infligentes, viginti quinque numis mulctantor.

VII. Quicunque vineta, hortos, sepes, palos diripuerit, sepemque scholae transilierit, primum viginti numos, secundo quinquaginta pendito, tertio plagis castigator. Si vero adhuc a maleficio cessare noluerit, ex consortio nostro tanquam scabiosa pecus ejiciatur.

VIII. Qui nocturno tempore extra scholae limites noctem egerit, principio viginti quinque denarios solvat: postea cum ignominia schola pellatur.

IX. Maceriei urina conspurcatores, aut cloacae defoedatores duos numos pendunto.

X. Boni ordinis turbatores castigationem verbalem subeunto.

XI. Oeconomus si neglexerit signum ad preces hora septima dare duorum: octava portam claudere: quatuor; tertia adaperire: trium; deliquentes annotare: sex; mundiciem bis in septimana curare: trium; officium oratione non habita resignare: quindecim numorum pensione punitor.

XII. Si oeconomus mulctam a deliquentibus ante completum oeconomiae tempus officium exigere praetermiserit, aut decem numis privator; aut totidem psalmos Davidis recitator.

XIII. De coeteris poenis, quae hic expressae non sunt, Rector cum seniore dispensabit.

XIV. Qui meritam poenam contumaciter subire respuerit: is aut oratione proprio marte composita caetum scholasticum complacator; aut e contubernio scholastico excluditor.

Auditores majores: Gregorius Szixai, Stephanus Szepsi, Petrus Lizkai, Joannes Merai, Stephanus Szixai, Jacobus Feketepataki, Matthias Tardi, Joannes Szintai, Matthias Szaraszi, Joannes Szixai, Joannes Zempleni, Gregorius Lanczi, Ambrosius Lizkai, Stephanus Gönczi, Joannes, Joannes, Michaell Sclavi, Matthias, Andreas.

Adolescentes. Stephanus P. Szantai, Ladislaus P. Kerekniei, Joannes Zombori, Michael P. Pankotai, Joannes Hevesi, Joannes Bartesius, Inantsi.

Miskolczi Csulyak István esperesi naplója és leveleskönyve.

V. 1633.

1.

Epistola convocatoria ad funus Reverendi ac Clariss. domini Matthaei Szepsini, pastoris in Erdőbénye fideliss. scripta 21. Januarii, ad dominos fratres pastores in Keresztur, Tokaj, Mád, Tálya, Tolcsva, Olaszi, Patak, d. Tholnai et duos Bakai, Ujhely d. Simándi et rectorem ejus Kaposfalvi, qui cum die 20. Januarii precibus matutinis in templo adfuisset, et a concione ad me literas propria manu scripsisset, epistolam nec convolvere, nec titulum inscribere potuit, sed apoplexia tactus circa horam 7. vespertinam pie in Domino obdormivit,

Salutem a Domino, vitaeque felicioris usuram precatur. Reverendi domini! coelestis ille paterfamilias, cujus in manibus vita et mors ad arbitrium serviunt, citius spe nostra ex consortio in lacrymarum valle viventium ad coelestem patriam praeripuit nobis Reverendum ac virum domini Matthaeum Szepsinum, fideliss. apud Erdőbényenses in vinea Christi operarium, phosphorum presbyterii nostri, dilectiss. meum fratrem et vicinum heri hora septima vespertina, cujus exsangue cadaver sequenti die Dominico hora octava matutina communi consensu constituimus humi mandare. Quare hos universos hortor et moneo (jurisdictioni meae scilicet subjectos), aliis vero fraterne intimo, ut qui viventem singulari amore prosecuti estis, etiam denatum amicitia vestra prosequamini, prosequimini vero, si ad dictum diem in Bénye vosmet stiteritis. Tu vero Clariss. domine Komjáti et domine Steph. Tholnai parata adsitis concione ad parentandum, secus non facturi. Clariss. d. Bakai ex dominis Patakinensis gymnasii studiosis numero XX ad funus cohonestandum secum huc adducat. Valete. Dabam in Bénye 21. Januar. 1633.

2.

Cursiles a Liszka ad Patak.

Gratiam et pacem in Domino precatus, prosperioris vitae usuram impertiari vobis a Domino desidero.

Quandoquidem senatores Erdőbényenses propter excessus quosdam vix silentio sepeliendos, eo ipso die, quo Clarissimus dominus Matthaeus Szepsi beatarum animarum choro associatus est, autoritate Ecclesiae quaedam vina ad tempus visitationis nostrae arresto detinuerunt, instant iidem apud me, ne differam tempus ad ipsos transire, et querimonias eorum recognoscere. Quorum ego postulatum, quia non aestimo unius assis futurum, decrevi, si Dominus voluerit, Erdőbényem sequenti die Jovis, hoc est 10. Februarii bene mane transire et vobiscum una ab ovo, quod dicitur, ad usque mala negocium cognoscere et, si fieri poterit, componere. Quare Reverendas et Clarissimas fraternitates vestras peramantes hortor, ut ad diem 10. Februarii mecum una in Erdőbénye compareant. Secus non facturae valete. Dabam Liscae Dominica Quinquagesimae a concione matutina, anno ultimae Christi patientiae 1633.

3.

Visitatio scholae rectoris in Erdőbénye Emerici Szalánczi 10. Febr. die Jovis praesentibus Urbano K., M. Komjáti, Fran. Halászi, Paulo Ibrányi, Matthaeo Rozvádi.

Anno 1632. bényei Vajda János az bordézmán didactromot nem akarván adni az mesternek, causálván, hogy az fiát azon az esztendőn nem tanította volna ugy, mint tavaly, hanem csak henyéltette, és noha megverték otthon az gyermeket, de mégis nem akart scholában menni. Minekokáért az mester letartatta Vajda Jánost az dézmán. Vajda János Máté uram instructiójából hozzám jött, panaszolkodván az mester felől, mégis azt mondotta, hogy ha én parancsolom, megadja az mesternek az köblös bort, én pedig nem akarván senkinek kárt tenni, igírtem arra magamat, hogy az törvényre általmegyek. Vajda János az törvény előtt hozzám küldött, azt izente, hogy által ne fáradjak az törvényre, mert az mester letötte az tartásnak jutalmát, köböl bort is nem vött, és felszabadította az embert az arrestumbol. Annakutána gondolkodott Máté uram az dolog felől, föltalálta magában, hogy Vajda János elfelejtvén az ő Kegyelme instructióját nekem referálni, és tanácsának scopusát exponálni, tetszett, hogy hogy az mester vádolása az Ecclesiának constálna, annakokáért 20. Januarii, mely nap estve meg is holt, az ágyon ültében levele által intimálta, hogy az tanácsnak tetszenék, hogy az scholát megvisitálnám, melyet besugallottanak az mesternek és alattomban szekereseket fogadván, Liszkára kezdette borait hordatnia.

Az tanács senior képében fogta Máté uramat, és az mi az borokban még az bényei scholában maradott, sequestráltatták az én Bényére való menetelemig. Az levelet ebéd után adták meg, én mindjárt paripámon Bényére mentem, de semmiről nem végezhettem, mert Máté uramot az gutta megütötte volt, akkor immár az ház közepén holt elevenen feküdt, szemeit behunyta és nem is szólhatott. Onnat re infecta házamhoz estve későn megjövén, azután 6. Febr. az bényei biró, Gyalai Miklós tanácsával együtt levele által visitálni általhivott. 10. Febr. általmentem hatodmagammal csak, mert többen nem compareálhattanak volt; semmit nem pronunciálhattunk, de azért ennyire mentünk elől a visitatióban.

Az bényei tanács felette igen szégyenlette azt, hogy holott az mesternek esztendejének terminusa 13. Febr. volt, sem prédikátorának, sem az birónak hírré nem tötte,

mégis esztendeje telése előtt Liszkára kezdette borait hordatni, annakokáért az maradékot visitatióig arrestáltatta, akarja azért immár, hogy inquiráljunk az mester felől.

Vajda Jánost előlhiván, azt mondotta, hogy az fiát verte s taglotta, hogy scholában menjen, sőt az udvarról ugyan ki is kergette, de ugyan nem ment, hanem az anyjának végtére azt mondotta, hogy csak heában megyek, ugymond, oda, mert sem az doctorom, sem az mesterem nem tanít, és az mester csak föl s alá jár. Én magam is mentem föl kétszer is az scholában, beszélgetni az mesterrel, de honn nem találtam, harmadnap is fölment, de be nem ment, mert vendége volt az mesternek. Azután az templomnál találta az mester, és megkérdette, mit keresett volna az scholában, megmondotta, azért ment, hogy a fia nem jő fel az scholában, mert nem tanítja; sőt Máté uram is sokszor beszólította, és ő is azon panaszolkodott, hogy: jó komám, immár elhittem — ugymond — beszédedet az mester felől, mert az én fiamot is szintén ugy nem tanítja, mint az tiédet.

Ezek igy levén, kezdettünk az inquisitióhoz.

Emlékezem én reá, hogy hallottam Máté uramtól referálni, melyről némelyek az tanácsbeliek is testáltak, hogy egy bényei deák, mely immáran elment, azt mondotta, hogy jobb volt volna ez esztendőn disznót őrzenem, mert annak hasznát vöttem volna, de az scholának semmi hasznát nem vöttem.

Három deákja volt otthon, Joannes Barancsi, Martinus Liszkai, Petrus Piscenus, hitek után azt mondották, kiváltképen az Joannes, hogy még az elmult aratás előtt nem kezdett az mester olvasni, stylust karácsontól fogván nem adott, repetitiót is nem mondottak, evangeliomot penig egyszer exponáltanak. Joannes dixit: Látta, hogy az scholából részegen éjszaka ment az faluban Stephanus Bényeivel Csanálos Imrénél, az faluban összeveszett Bényeivel egy legény, és az scholában ujobban elinditották, de az mester védő volt. Martinus dixit: Látta Csanálos Imrénét az mester házából kimenni. Joannes retulit: Gyakorta az gyermekeket kiküldötte hol rosatum, hol eperjészni, akkor azt akarta, hogy az scholában senki ne maradjon, még az padot is megkereste, az beteg mendicansokat is aláverte és elűzte, kik között volt egy mendicans, ki immár meg is holt, beteges levén el nem mehetett, hanem az kamorában ugy maradott meg, hogy magára az lakatot felvettette. Az látta az ablakról, hogy in absen-

tia scholasticorum et puerorum Csanálos Imréné az mesternél volt és ugy ittanak ketten.

Klára András diák mondotta, hogy egykor kérte, hogy Csanálos Imre homlitani menjen; nem tudván azért, ment-e el, nem-e, könyörgés után ment az oldalablakra, és csodálkozván rajta, miért volna deszkával bezárva, akarván megtudni, ha elment-e Imre homlitani, rántotta az deszkát, és elszakadott az madzaga, betekintett az ablakon, és látta, hogy az mesternek kezében páczikó volt és ugy sétált az házban, melyben csak ketten voltak Csanálos Imrénével Zsófival.

Emericus Jesztrebi mendicans scholae annorum 13 juramento praestito dixit: az mely éjszaka Máté uram megholt, akkor az mesternél itt Szabó Márton és Csanálos Pál, és az mester azt mondotta; igyunk, mert Isten Máté papot megverte énérettem.

Lengyel Péter, ki az pataki coetus vincellére volt, juravit et dixit: Csanálos Imrénét kétszer látta az schola udvarán. Egy nap fristik tájban kicsiny gyermekcse sírását hallotta az mester házában, de nem tudja, ki gyermeke volt, mert embert nem látott, szót is nem hallott.

Lengyel Péterné juravit, de semmit nem látott, hanem csak hallomást hallott Gombánétól.

Gombáné Anna asszony beteg volt, az biró uram odament és ezeket fateálta: Látta Csanálos Imrét feleségestűl kert alól menni és az templom mellől be az scholában; azt is látta, hogy Csanálos Imréné az Juhos István háza előtt volt, az mester penig az Csűre Demeter temetésén állott, az menyecske látván az mestert, az kert alá kiment, és az mester is utána ballagott.

Takács Andrásné Erzsébet asszony hiti után vallotta, hogy az mestert látta Csanálos Imrénével beszélgetni az szilvás alatt, de miről beszélgettek, nem tudja, az volt az híre, hogy kigyót kergettenek.

Nagy Balázs mondja, hogy Csanálos Imre adós volt az mesternek, és hozzá menvén kérte tőle. Csanálos Imre ott marasztotta az mestert, éjszaka mind ittak, az mester az székre lefeküdt, Imréné fejalt tött az mesternek feje alá, ott egy kevéssé aludt, és kétszer szólott az kakas, mikor onnat az scholában ment. Jámborul lakoztak és semmi gonoszt hozzájok nem látott.

Nagy Balázsné Erzsébet asszony hiti után vallja, mint szintén az férje, hogy egyszernél többé nem látta az gazdájánál az mestert, akkor is az adósságot kérte, mert az

gazda mintegy fl. 27 adós volt neki. Caeteroquin idem fatetur, quod maritus.

Annok, Csanálos 'mréné szolgálója hiti után vallja, az gazda adós levén az mesternek, egy pecsenyére odahitta, akkor is penig az mester részeg volt, mikor odajött, és addig ivott, hogy el nem mehetett, hanem az székre feküdt, az süveget feje alá tötte, ott aludt, azután felkölt és elment; ő akkor vigyázott, de az mester elmenetele után ő is osztán lefeküdt.

Vajda Jánosné hiti után vallotta, az deák fiacskájától hallotta, hogy Csanálos Imréné az scholában jár szerelmeskedni, de őmaga semmit nem látott hozzája.

Széplaki Istvánné Margit asszony, ki az Steph. Bényei házában zsellérségben lakik, hiti után vallotta, hogy mikor az mester István deákhoz ment, semmi ártalmas mulatságukat nem látta.

Gyüre Mihály vallotta, hogy az mester felében müvelte az Csanálos Pál szőlőjét, az mester pénzt adott neki és őmaga viselte gondját az szőlőnek, hallotta, hogy odament az mester és ott ivott. Látta azt is, hogy az mester estve Csanálosékhoz ment, de melyikhez ment legyen, azt nem tudja. Látta azt is, hogy az kertről járt Csanálosékhoz, az palánkot is egynehányszor becsinálta, de az mester kitörte. Hallotta, hogy Csanálosénál ivott az mester, de mit csinált egyebet, nem tudja.

Gyüre Mihályné Kata asszony hallotta, hogy mester uram járt Csanálos komjánál.

Kovács Istvánné Zsófi asszony hiti után vallotta, hogy látta Csanálos Imrét négykézláb mászkálni az favágaton részegsége miatt, és hogy az ablakon betekintett, látta az mestert Csanálos Imrénével az asztalnál ülni és innia. Azt is látta, hogy veres selyemmel varrott inget és keszkenőt csinált az mesternek, melyet Fridriknével szabatott meg. Látta azt is, hogy az mester egynehányszor ott mulatott az bátyjával.

Fridriknét reákérdettük az ingszabás felől, és nem tött tagadást.

Thót Kristófné Ilona asszony hiti után fateálta, hogy Katától az Borbély Pál szolgálójától hallotta volna, hogy mikor Csanálosnéhoz ment volt, látta Imrénét az kamarából ki bort hozni, az mestert az kamorában az hordón ülni; hogy az asszony kihozta az bort, az reteszt az kamora ajtajára felvetette. Ugyanő hallotta Ferenctől, mikor cirkáló volt, ki azt mondotta, hogy éjszaka látta az mestert Csanálosi (igy!) Imrénét megcsókolni.

Borbély Pál szolgálója Kata annorum circiter 13, hiti után vallja, hogy mikor Csanálos Imréhéz szitáért ment volt, látta az mestert ülni az hordón az kamorában, Zsófi asszonyt bort hozni ki az kamorából az szobában feküvő beteg szolgálóleányának és az ajtót valamennyire bevonni maga után, és az mester az kamorában maradott. Látta azt is, hogy az mester, ebédre, vacsorára, odament.

Csanálos Pál fateálja, hogy noha néha-néha odahivatta az mestert falatozni, de semmi illetlen dolgot nem látott hozzája.

Csanálos Pálné Mocsár Erzsébet nem látta, de az maga házabeliektől hallotta, hogy mester uram egyszer hált volna Csanálos Imrénél.

Pataki András deák jelentette, hallottam, ugymond az feleségemtől, hogy az mester mondotta, hogy bizony gonosz leány az Kegyelmetek leánya. Melyre az feleségem azt felelte, mig én tartottam, addig gonosz nem volt, ha gonosz leend, gonoszul veszi hasznát.

Hivatván az mestert, mondottam neki, hogy őtet sok dolgok suspectussá tötték volna előttünk:

1. Hogy az generalis gyülésből kimaradott volna.

2. Hogy esztendejének eltelése előtt Liszkára kezdette borait hir nélkül hordattatnia.

III. Hogy az scholában való tanításban negligentissimus volt.

IV. Az scholában asszony-állattal ivott.

V. Suspectával csináltatott magának inget és keszkenőt.

Respondit rector ad I. Nem mehetett az gyülésben, mert tisztességgel mondván, az podexének egyik dombján olyan tályog volt, hogy féloldallag kellett miatta ülni. Ego contra. Miért tehát nem excusálta magát jó idején avagy levele avagy Máté uram által. Respondit. Nem érte fel discursusával, hogy magát deák levele által excusálhatta volna. Deákja is nem volt, osztán Máté uramnak az aedilis által izent, hogy excusálja. Respondi. Ez is nem kicsiny contemtus volt, hogy maga nem ment Máté uramhoz, holott elmehetett volna, mert Liszkára elment interea, és az mint hallattatik, ott részegeskedhetett, Máté uram penig csak obiter excusálta, hogy az mester nem jöhetett az zsinatban betegsége miatt, de ő nem tudja, beteg legyen-e, nem-e ?*) Végezetre, ha deákul nem

* Széljegyzet: Itt agnoscáltuk temeritatem et contemptum

irhatott, magyarul is megérthettem volna irását. Orbán uram mondotta, hogy maga is excusálásra hozzám jöhetett volna, mert én még akkor el nem indultam volt az zsinatban, mikor az mester Liszkára jött által.

Ad. II. Az borait azért vitette Liszkára, mert tavaly Bényén el nem adhatta, hanem csak korcsomán vesztegettette ki, reménylette penig, hogy Liszkán inkább eladhatja. Más az, hogy ha hir nélkül szabad volt volna Bényén eladni, szabad volt Liszkára is hir nélkül elhordatni. R. Az eladás legitime lött volna, de az elhordás nem ugy.

Ad. III. Hogy negligens betegsége miatt lött, de nem volt olyan igen negligens, az mint nekünk referálták. Más az, hogy az a negligentia nem annyira őtőle volt, mint az deákitól, kik hallván az csengetést, ki imide, ki amoda oszlott mindgyárt. R. Hiszem azért voltál mester, hogy disciplina alatt tartanád az deákidot, és azért adtak volt kezedben az introductiókor vesszőt, ostort, pálcát. Osztán Máté urammal miért nem communicáltad azt az deákid inobedientiáját. Az deákok könyveit meglátván, kevés stylust láttunk benne, melyről reprehendálván, azt mondá az mester, hogy miért nem látjuk meg az több stylust, mert ő adott háromszáz stylust. Respondi. Miért nem nézted meg elsőben temagad, hogy testálhattak volna diligentiád felől és mi is inkább megláthattuk volna.

Ad IIII. Tagadta, hogy asszonynyal nem ivott a scholában, és hitit is az testiseknek kétségesnek mondotta. Melyet hallván az főbiró, fölállott és protestált felőle.

V. Hogy inget csinált legyen Csanálosné neki, fateálja, de az keszkenőt tagadja.

Deliberatum.

Mivel ez az causa nehezebb legyen, hogy sem prima facie láttatott lenni, mi penig az Ecclesiából kevesebben compareáltunk, hogy sem ezt az dolgot derekason ventilálnánk és pronunciálnánk. Tekintjük az mestert is, ne vádolhasson méltán bennünket. hogy ő azelőtt nem tudván az accusatiót, nem készülhetett volna derekason az törvényre, mégis mi statim et de facto pronunciáltunk ellene. Annakokáért mi az deliberatiót partialisra devolváljuk, ahol számosabban leszünk, melyre az mester készítse magát és akkor halljon törvényt. Interim borai azon arrestum alatt legyenek, az mester pecsételje be őket, az aedilis szorgalmatoson viseljen reá gondot. Egyik hordóból szabad leszen az mesternek inni, de az többi egészlen maradjanak ad usque decisionem causae.

Adták ezt is előnkben, hogy az rendelés szerént az harangozóknak tartoznék fl. 12., és akarják, hogy nekik mindjárt megadja. Respondit. Mostan magának sincsen s nem tud mit adni, hanem ha bort adhat el, akkor osztán megfizet.

Juvenes scholastici serio commonefaciendi erunt, ut cum omnibus, maxime vero cum vicinis scholae tranquillitatem colant.

Andreas Szalókai de quodam tunc absente conquestus est, quod conjugem nivea pila projecerit, insuper verbis quoque inhumanis exceperit, cum admoneret, ne nivibus ipsam peteret.

Domi meae delatus est, quod tempore vinorum deportationis suorum arbores ex horto scholae exsecuerit, sepes disruperit etc.

4.

Clarissimo Urbano Kisfaludi Kereszturinum, Ujfalum, Tholcsvam, Horvatinum, Zsadanyinum, Hotykam ad honestissimam Clarissimi viri Benedicti Bakai gymnasii Patakinensis rectoris sepulturam vocationem.

Vires valetudinemquem desideratam ad commodum Ecclesiae Christi promovendum vobis sufficiat Dominus ex alto.

Reverendi viri! quod olim discipulis Christi Emaunta proficiscentibus insolito acciderat, vereor, ne idemque casus nostros pultet fores. Si quidem quem illi redemturum Israelem speraverant, mox in crucem agi viderunt, ita quem nos ruinam celebris gymnasii Patakinensis resarciturum sperabamus, Clariss. Benedictum Bakai, en morte ut subitanea, ita tristissima sublatum feretro inclusum cernimus, quem Parca invida 19 Februarii die Sabbathi ante horam pomeridianam decimam, post pium Heliam uno mense et nondum duobus completis elapsis diebus optimum Heliseum, hoc est, ut verbo dicam, post canum praeceptorem juvenem adhuc discipulum, sed longa dignissimum vita praeripuit, Hujus viri extremus persolvitur honos Patakini 24 Februarii die Jovis hora 8 antemeridiana. Ad hanc ego solemnitatem publica, qua fungor, autoritate vos universos fraterne invito, utque mature compareatis, mando. Secus non facturi. Dabam Liscae 21. Febr. 1633.

5.

Clariss. domino Michaeli Szepsino eodem die.

Salutem in Filio Dei! Heu, mi domine affinis! cecidit corona scholae Patakinensis, longissima dignissima vita, Benedictus Bakai die Sabbathi circa decimam pomeridianam, quam tu et ego sperabamus ruinam gymnasii illius resarcituram. Verum fiat voluntas Domini. Nostrum erit quem viventem suspiciebamus, honestissimae ut funerationi adsimus. Si pietati tuae placet, placet ministerio Patakinensi et dominae viduae Susannae Szegedi, adjungat sibi ex sua fraternitate pro eo, quem prosecutus fueras amore, aliquot ex dominis fratribus vicinioribus, et adsitis non rosis tumbam ornaturi, quas inclementia bruma sustulit, sed lacrymis, quas pietas subministrat condecoraturi, ad horam octavam matutinam 24 Februarii, qui futurus est sequenti die Jovis. Dominus sufficiat vires et valetudinem Patakinum adveniendi. Liscae 21. Febr. 1633.

6.

Cursiles ad Keresztur usque Bári et Toronya, quibus vocavi ad decisionem scholae Bényensis causae Emerici Szalánczi, 27 Febr. die Solis ad 4. Martii die Veneris 1633.

Gratiam et largissimam Dei benedictionem pr.

Reverendi et Clarissimi viri, fratres in Christo plurimum et dilecti et observandi! Nuper requisitus a civibus Erdőbényensibus, cum aliquot saltem dominis fratribus transiveram ad cognoscendam scholae rectoris causam per formam visitationis, quae cognita quidem tunc fuit, sed non decisa, etenim propter nonnullorum absentiam pauciore cum essem numero, quam ut decisivam ferre sententiam possem re infecta discessum est et sic labor noster duplicatus est. Verum ne et illi et nos diutius pendeamus animis, pietates vestras Reverendas iterum requiro et serio moneo, memores sponsionis vestrae, comparate ad diem 4 Martii, qui fiet sequenti die Veneris bene mane in Bénye, ad negocium illud melius cognoscendum et pronunciandum, secus non facturae. Venite itaque et salvete una salute omnes.

7.

Libellus supplex in patenti Vissiensibus pro aedificando lignio templo datus anno 1633. Kal. Martiis.

Minden keresztyén uramnak és az Ur Jézusban szerelmes atyámfiának az szent Istentől kegyelmet és békeséget az Jézus által kivánok és alázatos szolgálatomat ajánlom.

Ez levelem mutató vissi emberek látván az keresztyén szomszéd várasok és faluk lakosinak dicséretes cselekedeteket, hogy az mely helyekben ezelőtt romladozott, elhagyatott és elpusztult templomok voltanak, inkább mindenütt körülöttök Istenekhez való szeretetekbül megépítették, sőt még az hol azelőtt soha templom nem volt is, sok helyeken az Isten tisztességére ujonnan építettenek. Ez keresztyéni névvel tündöklő embereknek jóságos cselekedetektűl ezek is az vissi emberek fölindittatván, akarnak ők is az Isten igéjének hirdetésére templomot építeni, de mivelhogy az Isten őnekik értékes és adakozó földesurat nem adott, és magok is oly állapottal vadnak, hogy sem kövök, sem épületre való fájok nincsen az hitvány elvettetett fűzfánál: mindennyi sok akadályokkal és fogyatkozásokkal sem gondolván, Istennek segítsége által az ő templomok építésében megindultanak; annakokáért noha az szomszéd várasoktól és faluktól valamennyi fát supplicáltanak, mindazonáltal mivelhogy az még elégtelen és annyira való értékek is nincsen, hogy teljességesen az önnön magok költségek által vihetnék véghez az ő jó elkezdett szándékokat. Annakokáért kényszeríttettek az fölül megnevezett vissi emberek alázatos könyörgő levelekkel Kegyelmetekhez folyamodni; látván Kegyelmetek az ő Istenekhez való buzgó szereteteket és ez szent dologban való serény forgolódásokat, meggondolván ezt is, mivégre kivánják legyen Kegyelmeteknek istenes és keresztyéni segítségeket, ez végre, hogy az Kegyelmetek segítsége által az Isten tisztességét előbb-előbb mozdithassák; mindezeket Kegyelmetek szeme előtt viselvén, ez ő szentséges igyekezetekben Kegyelmetek legyen illendő segitséggel nekiek. Melyet ha ti Kegyelmetek jó szándékból megcselekeszik, ez ilyetén Kegyelmetek adakozása amaz istenfélő Corneliusnak alamizsnálkodásával együtt fölhatván az egekben, az Istennek mennyei tárházában letétetett, állandó drága kincsül leszen.

8.

Idem meliori tenore.

Minden keresztyéneknek, valakik ez kisded irást avagy olvassák, avagy mástól olvasni hallják, az sz. Istentől lelki és testi idvességes áldásokat az Krisztus által kivánok és alázatos szolgálatomat ajánlom.

Az szomszédságban lakó keresztyéneknek dicséretes példájok által [kik avagy régen elpusztult templomokat Istenekhez való kegyességekből fölépítették, avagy az holott templom nem volt is, ujonnan csináltanak] felindittatván az Viss nevü falubeli hivek, akarnak az Isten igéjének hirdetésére és az sz. sacramentomoknak kiszolgáltatására ujonnan templomot építeni. De mivel nyavalyásoknak sem olyan értékes és szeretetből adakozó földesurok nincsen, sem penig magoknak költségek, kövök és fájok is nincsen az hitvány és derék épitésre alkolmatlan fűzfánál: az szükségtől kényszerítettenek az keresztyéneknek adakozásához folyamodni. Énáltalam könyörögnek az keresztyéneknek, hogy ilyen szent igyekezetekben legyenek keresztyéni segitséggel nekik, hogy az mit az Isten tisztességére jól kezdettenek, kegyelmetek segitsége által jobban elvégezhessék. Annakokáért méltó kivánságokat megtekintvén, nyissák meg az keresztyének nekik adakozó kezeket és gazdagságoknak morzsalékját nyujtsák nyavalyásoknak, melynek az Istentől méltó jutalmát elveszik az mindeneknek megfizetésének idején. Ez alamizsnának szedegetésére két atyjokfiát küldötték az keresztyének közé, Babik János és Nagy Jánost, legyen hiteles járások. Ezzel Istennek gazdag kegyelme és oltalmazó sz. lelke maradjon az keresztyéneken. Költ ez levél Liszkán Dominica Laetare MDCXXXIII esztendőben. Miskolczi István az nemes Zemplén vármegyebeli prédikátoroknak seniora, Kegyelmeteknek hű szolgája.

9.

Sequentia ad visitationem Bényensem.

Szinai Ferencné Annok hiti után vallotta, hogy hallotta az urától, az mester, mikor Csanálos Imrénél volt, éjjel kijövén az házból az gyertyát eloltották és Csanálosnéval beszélgettek, de az mester öccse is ott volt. Vargánétól hallotta, hogy az Csanálosiné [igy!] az gyermeket letötte az földre és Bényei István deák vele vétkezett.

Szabó Csűre Mártonné Anna másfél esztendeig főzött az mesternek, ott ivott is nála az mester, de semmi gonoszt nem hallott, nem is látott hozzá.

Szinai Ferencz vallotta, hogy mikor cirkált éjjel, előálomkor látta az mestert és Csanálosinét [igy !] az tornáczban, eloltották az gyertyát és ott beszélgettek, azután az mester az öccsével az scholában ment.

Lengyel Gál semmi illetlen dolgot nem látott sem az mesterhez, sem az Csanálosnéhoz.

Az főbiró Gyalai Miklós fönnállván András deákot prókátornak vallotta és vádolta az mestert, hogy gondviseletlensége miatt az schola építésében nagy kár lött, melyet fl. 50. föl nem vöttek volt, mert három kemenczét rontottak el, asztalokat, székeket elvagdaltak, deszkás ajtaját az culinának, az kötéseket kiverték, az talpgerendákat elvagdalták, néhol majd általszakadt, insuper az czinterem deszkáit is mind eltékozlották. R. Az mester tagadja, hogy minden pusztítás ő idejében lött volna, ha mi kevés esett is, betegsége miatt lött. A. contra. Első esztendőjében mindenek épen voltak, hát az ő idejében lött az pusztítás.

Deliberatum :

Négy dologról volt az vádolás. Az mi az I. suspiciót illeti, hogy Csanálosi [igy !] Imrénétől tiszta legyen, hitivel mentse meg magát és az törvényszékben valókat kövesse meg, mivel ab Ecclesia etiam suspicio abesse debet. II. Az mi az negligentiát illeti, qui non laborat, non manducet, az apostol mondja, de az Ecclesia olyan rigide szintén nem cselekedik, hanem két hordó bort veszen el az Ecclesia, hogy annak az árával az aedilis az deákok két szőlőcskéjét építtesse, az fölött egy kötés tiszta papirosat vegyen, és az mester egyszer is, másszor is osztogassa az deákok [igy !] az ő szükségek szerént. III. Az Derekas pusztulásáért két hordó bort itiltünk ; ha az maga törekedésére mit enged el az tanács, nem bánjuk. IV. Az harangozóknak avagy mindjárt készpénzül adja meg az fl. 12, avagy adjon egy hordó bort neki [igy !].

10.

Rector scholae Erdőbényensis, Georgius Ujfalusi 1633. 14. Martii die Lunae hora 9 matutina porrectione dextrae mihi, Andreae Literato et Joanni Szőts promisit se futurum Ecclesiae pastorem, ha valami bénaság szemében vagy testében nem leszen ; et sic dedi potestatem ei do-

cendi in templo necessitate ita postulante; ego vero promisi provisionem Ecclesiae de ipso futuram.

11.

Literae patentes Láczaiensibus pro restauratione ruinosi templi datae anno 1633. 10. junii.

Én Miskolczi István, Isten engedelméből mostan liszkai prédikátor és az Zemplén vármegyében lakozó, evangelium szerént élő és tanító prédikátoroknak seniora az Atya mindenható Istentől békeséget és kegyelmet az Jézus Krisztus által kivánok és alázatos szolgálatomat ajánlom.

Az Istennek ez földön vitézkedő anyaszentegyháza helyesen hasonlíttatott az pálmafához. Mert miképen az pálmafára mennél több terhet raknak, annál magosabban emelkedik az Pliniusnak bizonysága szerént: azonképen az Istennek Ecclesiája mennél inkább háborgattatik és nyomorgattatik testében, de lelkében annál közelebb emeltetik az odaföl mennyben lakozó Istenhez. Példa lehet erre utolsó romlásához közelgető nemzetünknek állapotja, kit midőn Istennek akaratjából hol imez, hol amaz hatalmas ellenség háborgat és lakó helyéből avagy rabságba vinni avagy számkivetésre űzni igyekezik; mint amaz Noé bárkájából kibocsátott galambocska, nem találván magának szárazföldön nyugodalmat, visszatért az bárkában az patriarchához: ugy ő is nem merészelvén sokáig ez földön laktát, nem ez földieket, hanem az mennyeieket keresi. Mely kegyességeket, hogy embereknek szemek eleiben menjen és érette az Istent áldják, nem rejtik el, hanem az Isten templominak építésére szentelik. Az olyan kegyes embereknek számok közűl valók az nemes Zemplén vármegyében lakozó Lácza nevű falubeli keresztyének is, kik mostan akarják romladozott templomokat megépíteni, de vékony értékkel levén, az keresztyénektől nyujtott alamizsnával akarnak ez szent igyekezetben elől menni.

Annakokáért én ővelek együtt minden rendben és állapotban levő keresztyéneket alázatosan kérek [előttök viselvén Salamon királynak imez mondását, hogy valaki kegyelmesen ad az szegénynek, az Istennek ad kölcsön és az ő jótéteményét megfizeti neki],* öltözzék fel az könyörületességnek indulatját, nyissák meg az Istentől sá-

* Széljegyzet: Pro. 19. 17.

fársára adatott kincseket és az ő falujokban való Isten házának felépítésére nyujtsanak morzsalékot, hogy minekutána az keresztyéneknek alamizsnájok által véghezviendik szent szándékokat, az Istent áldhassák és az ő könyörgések által az adakozó hivek földi és mennyei jókkal részeltessenek. Hogy penig az alamizsna hivebben szolgáltassék kezekhez, két esküdt ember atyjokfiát, Alföldi Istvánt és Móricz Mihályt bocsátták az keresztyének közé. Az Ur Isten ingyen való irgalmasságából ez levelet látó, olvasó és elolvasni halló keresztyéneket tartsa meg virágozó egészségben, békeséges állapotban ez világon, az más világon penig részeltesse vég nélkül örök élettel. Ámen. Költ Liszkán 10. Junii 1633.

12.

Reverendis et Clarissimis viris d. Francisco Debrecino et Paulo Szepsi ecclesiae Thalyensis pastoribus, 15. Junii die Mercurii.

Reverendi et Clarissimi viri, domini et in Christo fratres honorandi! Gratiam et pacem vitaeque prosperioris usuram vestris cum charissimis adprecor, meumque senilem et fere effectum favorem commendo. En nostras Johannes Juhos perrexit ad vos pro domiductione suae sponsae, conjugis quondam Thomae Molnár, qui ut nuptiali pompa me quoque adjungere institit sollicito quidem, verum itineris aetati meae incongrui difficultas me id facere inhibuit. Ne itaque ob emansionem meam frustra ivisse quiritetur, fretus amicitia vestra vere christiana, hoc quicquid oneris in sponsis istis copulandis mihi incubuisset, vestris humeris impono, et quia sponsus tenuioris est sortis, quam ut censum ecclesiasticum pro labore vestro secundum priscam constitutionem condignum solvere queat, etiam atque etiam rogo, ut indulgentiam vestram sentiat in census ..... pensione. Quod si praestiteritis, me quoque idem vestram in gratiam facturum promitto. Valete una salute felicissime.

13.

Dominica 4. post Trinit. volt nálam vitányi Mészáros Mihály, kit az vitányi scholamester ok nélkül szidalmazott. Irtam Balázs uramnak, hogy avagy kedvet keres az mester az embernél, avagy az ember attestatiókat szedvén az pásztorral, mesterrel hozzám jön, és eligazí-

tom köztök az dolgot, mivel az mesternek nem első dolga az izetlenség, ha penig contumaciter emaneál, arrestomban legyen az zsinatig, akkor az Ecclesia itileti legyen az mesteren.

14.

Currentes a Bodrogkeresztur, Bényem, Tholcsvam, Patakinum, Ujhelyinum, Zemplén, Helmeczinum, Ujlakinum, Terebesinum, Szécsinum.

Gratiam et pacem a Domino per Filium precor et amicitiam meam commendo.

Viri Reverendi et Clarissimi! semper mihi displicuit pietates vestras occasione nundinali aliquem in locum convocare, verum huic displicentiae, cum terminus generalis synodi certis de causis longius differtur, Reverendi in Christo fratris Francisci Halászii necessitas contraire jubet, qui a quadriennii spacio, immerito licet, nihilominus non in externis duntaxat bonis, sed etiam in existimatione parum abfuit, quin periclitarerur. Vult ille jam res suas in tuto locare, illamque indulgentiam, quam generalis Ujlakiensis venerabili presbyterio contulit, experiri. Quamobrem Reverendas vestras pietates moneo, condolete fratri et Ujhelyini ante mercatum die Jovis, qui futurus est ultima Junii ad horam primam pomeridianam comparete, ut vulneri fratris nostri medelam mecum adhibentes pristinae sanitati restituatur. Valete magno Ecclesiae bono, quotquot estis, una salute omnes. Liscae 21. Junii 1633.

15.

Generoso ac Magnifico domino, domino Nicolao Monaki libero baroni in Monak etc., orthodoxarum ecclesiarum nutricio et parenti pientissimo, domino domino et patrono gratiosissimo, 27. Junii 1633.

Generose ac Magnifice domine, domine gratiosiss.! Az felséges Istennek kazdag kegyelmét, egészséges és virágozó életének sok esztendőkre való terjedését, szent fia által kivánom Nagyságodnak és alázatos szolgálatomat ajánlom. Kegyelmes uram! az Nagyságod mihalyi szegény de jámbor hivei találának meg ilyen állapotjokban, hogy Istenhez való kegyességekből és egyéb keresztyéneknek dicséretes példájától felindittatván, az ő falujokban közel száz esztendőtől fogván pusztán álló temp-

lomokat akarnák immár egyszer felépiteni, de arra magoktól elégtelenek, hanem az Nagyságod kegyelmes segitsége által akarnak elinditandó dolgokhoz kezdeni. Hogy penig személyeknek és kéréseknek Nagyságod előtt valami tekintete és foganattatja lehessen, az én közbenjárásom által kivánnak Nagyságoddal szemben lenni, és énáltalam Nagyságod előtt instálni. Nagyságod kegyességének morzsalékját nyujtsa nekik ilyen szent szándékokban, legyen mind pénzbeli segitséggel, mind az jobbágyoknak távol való szolgálatjokban addig való könnyebbséggel, meddig munkájokat Isten áldásából véghez vihetik. Méltó kivánságokat annakokáért látván, Nagyságodat én is kérem, Nagyságod legyen nyavalyásoknak segitséggel, hogy az távol valók is, kik immár is igérték jóakaratjokat, az Nagyságod kegyes adakozó voltát látván, annál örömesben adakozzanak nekik. Mely Nagyságod vélek közlött jóakaratját az Ur Isten hasonló jóakarattal megfizeti, és mi is fejenként ha illendő szolgálatunkkal nem lehet is, de az Nagyságod hosszu boldog életéért Istenhez való könyörgésünkkel meghálájuk. Ezzel Nagyságodat az kegyelmes Istennek atyai oltalma és gondjaviselése alá ajánlom.

16.

Pax inter pastorem Zsadányiensem et auditores sic et conclusa:

Mivel az zsadányi tanácsbeli személyek más embereknek gondolatlan tanácsa által sértették meg seniorunknak böcsületit, megsenkelli az Ecclesia mind egyiknek, mind az másiknak ebbeli esetit, de ugy hogy ha mindenik fél megvallja mind seniorunk ellen, mind Máté uram ellen való fogyatkozását. 2. Elsőben Máté uramot megkövessék ugyan itt Zsadányban és seniorunkat Liszkán házánál, kit az Máté uram ellen való tanuk eskütésével megsértettenek. 3. Igérjék magokat arra, hogy ezután két vagy három embernek illetlen akaratját követvén, prédikátorok ellen követ nem fujnak, hanem mind itthon, mind másutt illendő böcsületit megadják. Ha penig valami vétkét, fogyatkozását látandják, elsőben szeretettel megintik, ki ha szót nem fogadand, senior uramot találják meg felőle, és ha büntetést érdemel, az Ecclesia ostorával büntettessék. 4. Mind az zsadányi uraim, mind Máté uram egymás ellen való gyülöséget mindjárást levesse, és ezután szemre való hányás ne legyen; ha penig ezt az zsa-

dányi uraim vagy szóval vagy cselekedettel felháborítanák, az zsadányi biró uram tiszti szerént megbüntesse. 5. Máté uram penig beszédét és cselekedeteit ugy igazgassa, hogy ennek ez utána senkit mérgesképen meg ne sértsen, mert ha valamit ex praecipitantia gondolatlanul szól és cselekedik, nem reménylett büntetésében esik az Ecclesiának.

17.

Clarissimo Urbano Kisfaludi XI. Julii.

Circumspectus vir, Joannes Békési primarius oppidi vestri judex effusis apud me lacrymis conquestus est, primario quod propter frequentiorem in parochia vestra vinorum educillationem cyclopici clamores ad cythararum sonos, tripudia et nescio quid non audiantur, quae antea nusquam fuerunt audita. Unde factum est, quod heri famulus quidam suus sobrius adhuc, et alias probus, cum videndi et audiendi saltem gratia parochiam salutasset, mox repedare volens, alter quidam bene potus retrusit, sequens vero necavit, cujus cadaver ibidem humi mortuum de nocte jacuit. Hodie vero cum loculo impositum ad sepulturam elatum esset, pietatis tuae uxor verbum ex verbo serens cum ejusdem uxore, jure an injuria uxorem judicis diabolam esse dixerit. Quapropter canos suos ita maculatos luget, mortem potius quam vitam accelerare satagit et humo contumulari cupit. Verum prius quam id fiat, cum lecti sui socio in litem descendere cupit, eamque a me juri sistendam contendit. Doleo factum et vobis ex animo condoleo, sed non possum veritatem petendi negare. Cogita itaque, per Deum oro, quid facto tibi sit opus, occurre malo, ne ex flamma incendium inextinguibile oriatur. Haec paucis volui tecum communicare. Vale et ignosce.

18.

